



**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros
Decretalium, Tomus ...**

In Librum IV. Decretalium, per viginti, & unum Titulos distributum, De
Sponsalibus, Et Matrimoniis, eorumque impedimentis, ac dispensationibus,

...

Schlüter, Georg

Augustæ Vindelicorum, 1702


Quæstio XIX. In Titulum XIX. De divortiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73058)

intentatur lis divortii) sit sufficiens ad deobligandum innocentem ab obligatione thori? vel, an ea causa data sit, & existat? si secundum? cum sit mera quaestio facti, constat ex dictis; si primum? constat à num. 1505. Nam haec obligatio nascitur ex contractu Sacramentali, cujus cognitio tam quoad vinculum contrahendum, vel contractum, quam dissolvendum, est annexa jurisdictioni Sacrae.

1114. Quaestio est 6. quis sit Judex competens, quando agitur de amittenda dote, vel praestandis alimentis in casu divortii? Resp. considerandum; an lis sit principaliter de dote vel alimentis, aut solum accessorie? si secundum? de iis iudicatis, ad quae pertinet causa principalis, ut constat ex c. Prudentiam. de offic. Episcopi. Jud. deleg. Explorati enim juris est, ut quibus principale committitur, & accessorium committatur. Et ideo Clemens III. in c. de Prudentia. 3. de donation. inter Virum & Uxorem, aperte dixit: Vos, qui principaliter de matrimonio cognovistis, & de dote (quae est quid accessorium seu consequens) accessorie cognoscere valuistis, ubi Glossa V. Accessorie, in definitur ait: qui cognoscit de principali, cognoscere debet de accessorio.

Dixi, quando non principaliter agitur de dote, posse de illa cognoscere illum, qui de principali de jure cognoscit, si quaestio est solum accessoria, & quid consequens; non autem si sit incidens juxta num. 1465. & seqq. nam etsi, quando principaliter apud Judicem Laicum movetur quaestio hereditatis, & incidit quaestio de justis natalibus, quorum oppositione quis in causa principali inquietatur, Judex Laicus, nec incidenter de hoc cognoscere potest ex num. 1470. tamen, si principaliter de illa agitur, vel solum in quaestione emergente, probabilius est, cognitionem illius cause, pertinere ad tribunal Laicum; ita Sanchez lib. 10. hic D. 8. num. 19. Quia sic dos, & alimenta considerantur solum, ut debita ratione contractus, sine ordine ad rationem Sacramenti; aut alio titulo merè civili. Et ideo in casu, quo Uxor repetit dorem à Viro, vel saltem cautionem propter periculum eam amittendi, Viro ad egestatem inclinate vicio suo, aut simili periculo, in tribunali Laico ea quaestio agenda est; quia fundatur in titulo merè naturali, & civili.



QUAESTIO XIX.

In Titulum XIX. De divortii.

1116. Non agimus hic de variis divortiorum generibus olim apud Romanos, videndis apud Gonzalez in c. 1. b. t. d. num. 11. Nam alia dicebatur divortia ex bona gratia, nimirum mutuo consensu, vel propter Sacerdotium, aut Monachatum susceptum; propter sterilitatem, invalerudinem, impotentiam, millitiam &c. alia ex falsa, quae scilicet non erant divortia vera, sed simulata, ex causa dissensionis non perpetuae, manente nimirum conjugii vinculo; sed his praetermissis;

1117. Divortium, ut docet Sylvest. eodem, est Viri ab Uxore vel Uxoris à Viro legitima

separatio, nimirum non facta sine lege, vel ratione. Apud Theologos, & Jurisperitos, duplex est. 1. prout importat dissolutionem matrimonii quoad thorum, & cohabitationem, remanente ligamine, seu vinculo conjugali. 2. prout importat dissolutionem etiam quoad vinculum. Et tunc matrimonium cessat in totum, adeo, ut quilibet eorum possit, si aliunde impeditus non sit, transire ad aliud matrimonium. Verum in hoc secundo casu, quando matrimonium solvitur propter impedimentum dirimens, non est tam ablatio vinculi (cum matrimonium jure nullum fuerit) quam declaratio nullitatis.

Bbb 3

Not.

1518. Not. autem, distingui *divortium* à *repudio*, & *friviculo*. Nam *divortium* propriè solius Uxoris dicitur, teste Sanchez lib. 10. hic d. 1. num. 1. *Repudium* autem tum Uxoris, tum Sponsæ de præsentì nondum cognita; juxta L. *Inter stuprum*. ff. de Verb. signif. & L. *Inter divortium*. ff. eod. Et idèd *divortium* propriè est; cum Vir & Uxor; *repudium*, cum Sponsus & Sponsa ab invicem discedunt. Nam *Repudiare* propriè, *querendorum est*; non partorum. L. 1. S. *decretalis*. ff. de Success. edict. Sic Pereyra. l. 3. *Elucidar.* d. n. 1712. *Friviculum*, juxta Ulpianum in L. *Cum S. divortium*. ff. de donat. inter Vir. & Uxor; est levis offensâ inter conjuges, quam ob levis quandoque momenti causam, & inde nascentem iram subitam, sequitur temporanea quædam secessio, cum postliminio, quiescente irâ; & animo ledato. Hoc *friviculum* (sic dictum ab ira frivola, & levis momenti) inter conjuges est admodum frequens; sed hic non venit in considerationem.

ARTICULUS I.

De divortio quoad thorum, & cohabitationem ex causa adulterii.

1519. Conjugi innocenti, propter alterius adulterium, licere divortium thori, & cohabitationis, certum est. 1. ex jure naturali. Nam jus naturæ dicitur, nemini nos obligari, servare datam fidem, qui eam prius violat; *frangenti fidem, fides frangatur eidem* (intellige, citra servandi obligationem) naturalis luminis est. Certum est. 2. ex jure divino Matth. 5. v. 32. ubi expressè dicitur, *quod omnis, qui dimiserit Uxorem, faciat eam machari, nisi eam dimittat causa fornicationis*, intellige ab ipsa commissæ; ergo ex hac causa illam dimittere, quoad thorum, & cohabitationem, licet. Dico: *quoad thorum, & cohabitationem*; non autem *quoad vinculum conjugale*. Nam sic causâ fornicationis dimissâ (idem est de Viro sic dimisso ab Uxore, cum in hoc sit par utriusque fides, & obligatio) manere debet innupta, aut Viro suo reconciliari. 1. ad Corinth. 7. quod tamen non stare, soluto matrimonio, etiam *quoad vinculum conjugale*. Certum est. 3. de Jure Canonico ex c. signi-

ficasti. 4. b. 1. ubi mulieri, commisso adulterio, à Viro suo rejectæ, ac postulantem sibi restitui, quod esset injustè dimissa, Alexander III. respondit, *si notorium sit, mulierem adulterium commississe*; Virum cogi non debere ad eam recipiendam, nisi constaret, *ipsum cum aliâ adulterium commississe*. Idem colligitur ex c. *Gaudemus*. 8. eod. ubi decernitur, ut Paganus, qui repudiatâ Uxore cum secunda contraxit, etiam post susceptum baptismum dimittat secundam, & adhæreat primæ, nisi fornicatâ fuisset. c. *Ex parte, de sponsal.* ubi Vir Uxorem, quam dimisit, ad eam redire jubetur, nisi dimiserit ob manifestam causam fornicationis c. *Tua*. 5. de *Procurat.* ibi: si verò Vir accusare velit Uxorem de adulterio coram Ecclesiastico Judice, ut ab ejus cohabitatione discedat. Idem habetur in c. *si vir*. 3. c. *Intelleximus*. l. 6. *fn. de adulter.* Ex dictis colliges, adulterium unius ex conjugibus, justam innocentem præbere causam, ab illo divertendi quoad thorum, & cohabitationem, ut ostensum est. Quia verò plures dubitationes in hoc ipso casu occurrere possunt, & solent, de his in seqq. agemus.

Antequam autem de his agamus, occasione dicti c. 4. notandum. 1. quod Uxor, petens restitui thoro, à quo rejecta est propter adulterium, non restituitur, *se vir sit innocens, & illius adulterium notorium sit, ut nulla tergiversatione celari possit*. Constat ex cit. c. *significasti*. 4. b. ibi: *si notorium sit*; quod verum est, etiam si mulier contra Virum pro sua contra adulterium, quod admissum constat, defensione alleget, *se injustè spoliata commississe hoc crimen*, ut aperte habetur in textu ejusdem c. Ex quo colliges, etiam propter injustam ejectionem mulieris, factam à Viro, non excusari mulierem, si adulteretur; nec impediri, quod inde nascitur innocenti, seu similis delicti experti, jus divertendi ab ea quoad thorum, & cohabitationem; *si mulieris adulterium notorium sit, ut præmissum est* constat ex cit. c. 4. quod à fortiori procedit, si mulier spontè recedens à marito, sic notoriè adulteretur, vel ob Viri facilitatem recedens, taliter delinquat, Viro insohite in simili delicto, ut notat Barbo-
in cit. c. 4. n. 5. & clarè habetur in textu.

Collè

Colliges. 2. per hoc, quod Vir Uxo-
rem à thoro, & cohabitatione repellat,
etiam sine iudicio Ecclesiæ, imò illicitè, ac
injultè, Virum non esse causam *proxi-*
nam adulterii, si quod deinde dimissa
committat. Nam si Vir in casu c. 4. cau-
sam, intellige *proximam*, dedisset, ma-
ritus contra Uxorem non fuisset auditus,
quando mulier allegavit, adulterium esse
à se admissum *culpa viri*. Nam ea expul-
sio non est causa, vel medium ordinatum
ad adulterium, quod requiritur, ut excu-
setur adulterium culpa viri; sic Gonzalez
in *cit. c. 4. num. 2.* & Menochius *lib. 2.*
Consl. 31. num. 3. censet, nec excusari mu-
lierem à commissio adulterio, in quantum
infert innocenti jus divertendi ab adulte-
rio, licet mulier rejecta à Viro dicat, *causa*
famis perpetrasse; arg. *L. Palam. ff. de*
Ritu nupt. Contrarium tamen tenet Co-
varr. in *4. p. 2. c. 7. §. 5. num. 2.* Palacios in
Rubric. Tit. de donat. §. 20. n. 4. Sed de hoc
V. n. 1533. & seq.

1522. Colliges. 3. ut adulterium dicatur
notorium, & ob id innocens licitè possit
divertere, satis esse, quod conjunx Reus
illud spontè confiteatur in iudicio; sic
enim evadit *notorium judiciale*, ut notat
Gonzalez in *cit. c. 4. V. cogi non potest.*
Nam, cum ipsa mulier, agens contra vi-
rum, ad restitutionem thori conjugalis,
quo spoliata fuit, spontè confiteretur ad-
ulterium perpetrasse, marito præbentè
causam per injustum Spolium, divortium
nihilominus, iudicio Ecclesiæ, admissum
fuit, ut constat ex *cit. c. 4.* Colli-
ges. 4. quando conjunx adulter, ab inno-
cente rejectus, agit contra hunc, actione
spolii ad restitutionem thori, restitutio-
nem impediri exceptione adulterii *notorii.*
Colligitur ex *cit. c. 4.* Nam mulier à Viro
rejecta propter adulterium, quod dice-
bat se, *culpa viri*, commissum, & ideo
se restituendam, objecto adulterio *notorio*
restituta non fuit; hoc tamen intellige,
nisi verè probet, virum *dedisse causam*
ad delictum à se committendum *ordina-*
tam. Tunc enim exceptio notorii cri-
minis non audiretur; sic Gonzalez in *cit.*
c. 4. n. 2. V. dedisse.

1523. Præter hæc not. 1. Uxori temerè re-
cedenti à Viro, concedendam esse restitua-
tionem, si redire volenti vir neget; ita San-

chez *lib. 10. bic. D. 12. num. 16.* modò pro-
bet; jus matrimonii prius habitum, &
petitionem non posse exceptione, causam
petentis elidente, repelli; qualis foret
notorii adulterii: maritum autem non te-
neri, præstare alimenta Uxori sine causa,
vel temerè; aut suà culpâ recedenti ab
ejus domo, & consortio. Covarr. *de*
sponsal. p. 2. c. 7. §. 2. n. 3. Sanchez *lib. 9.*
d. 4. à n. 20. Nam debitum alimentorum
Uxori præstandorum à Viro fundatur in
obsequio conjugali, quod præstat viro,
quod aliqui fundant in *c. Hæc imago. 33.*
q. 5. quod vir sit Dei Vicarius, cujus est
providere his, quibus præest: ergo si
non præstat obsequia; ille non tenetur ad
alimenta. Nam *qui non facit, quod debet,*
non recipit, quod oportet. Et hoc pro-
cedit, etto vir mulieris dotem habeat. Mu-
lier enim dotem tenetur viro tradere, & in
ejus obsequio esse.

Dixi, si Uxor recedat suà culpâ; Nam 1524.
secus est, si *culpa viri* v. g. ob ejus sævi-
tiam, periculum animæ, quod apud
eum subit &c. sic enim recessus ab obse-
quio viri est propria ejus culpa, quo casu
mulier non negat Viro, *quod debet*, sed so-
lùm *quod non tenetur.* Nam licet viro
permissum sit, Uxorem corrigere, ac mo-
deratè eam castigare, cum meretur, per
L. Rei judicat. ff. solut. matrimon. hoc tam-
en, & cautè, & comiter agendum est;
quia inter conjuges non est societas, &
consortium, *sicut inter dominum, & man-*
cipium; sed sicut inter Patrem, & filium;
his præmissis:

Dubium 1. est, an quodlibet con- 1525.
jugis adulterium det innocenti jus diver-
tendi quoad thorum, & cohabitationem?
Resp. negativè; ut patebit ex sequenti-
bus. Illud autem hic nota: *per adulte-*
rium; quo ab uno conjugum commissum,
innocenti conceditur jus divertendi à
thoro, & cohabitatione adulteri, intel-
ligi *copulam carnalem, non tantum natura-*
lem unius conjugum cum alio non suo
conjugè; *sed etiam copulam Sodomiticam*
feu bestialem, opere consummatam, &
formalem; quia jus divertendi, titulo
adulterii, fundatur in eo, *quod conjunx*
per ejusmodi copulam cum alterius injuria,
voluntariè carnem suam dividat in aliam;
sive sit caro ejusdem, sive diversæ naturæ,
licet

licet ex tali copula non possit sequi generatio; cum hoc ad divortium impertinens sit. Ex quo habetur, adulterium commissum *ignoranter*, vel *per violentiam*, nullo modo præbere posse causam divortii; quia tunc alteri conjugii (quantum est ex parte confortis, qui *materiale* solum adulterium committit) non est *injuriosa*, ut dicemus num. 1537. & sequitur Sanchez *lib. 10. hic D. 5. n. 4. Pont. l. 3. c. 17. n. 8. arg. c. Cum per bellicam. 34. q. 2. & L. Uxor. 2. C. de Repud.*

1526. Dubium 2. an divortium celebrari possit, quando uterque conjunx adulterii Reus est? Resp. negativè. Nam paria delicta, quoad jus privatorum, mutuâ compensatione tolluntur *c. penult. de adulteriiis*, ubi Innocentius III. Turonensi Episcopo rescribens ait: *si prædicto modo de mulieris fornicatione conspicerit (nisi testes, per quos viri adulterium est probatum, fuerint reprobati, cum matrimonii jus in utroque lesum consistat, & paria delicta mutuâ compensatione tollantur) nihilominus cum cogas, ut eam recipiat, & maritali affectione pertractet: alioquin mulieri silentium imponere non postponas. & c. fin. cod.* ubi idem Pontifex Episcopo Ambienensi rescribens, inquit: *Tua fraternitas requisivit, utrum, aliquo denegante Uxori sue, in adulterio deprehensa, debitum conjugale, si postmodum ipse cum alia perpetraret adulterium manifeste, cogi debeat, ut eandem maritali affectione pertractet; super quo taliter respon. quòd, cum paria crimina compensatione mutuâ deleantur, vir hujusmodi fornicationis obtentu sua Uxoris nequit consortium declinare. Idem casus habetur in c. ex literis. 5. de divort. ubi rubrica habet, quod matrimonium separatur propter adulterium mulieris: & si vir postea fornicetur, redintegratur: his accedit c. 1. & seq. 32. q. 6. & L. si Uxor ff. ad L. Jul. de adulter. L. Viro, atq. Uxore. 39. ff. soluto matrimonio: ubi uterque conjugum nocens est, divortium celebrari non potest; ne unus puniatur, alio Reo indemni servato. Similiter in c. significasti. 4. b. t. dicitur, si mulier petat restitutionem mariti, repellatur, si maritus continuet, & ipsa notoriè fornicata sit; nisi constaret, ipsum cum alia adulterium commississe.*

Not. tamen, quòd hæc mutua delictorum compensatio solum procedat quoad divortium, & dotis amissionem; non autem quoad criminalem accusationem, & vindictam publicam. Hæc enim conceditur Viro contra Uxorem, non e contra spectato jure civili; secus de Jure Canonico. ita Sanchez *lib. 10. D. 8. num. 46. Layman l. 5. tr. 10. p. 3. c. 7. n. 13.*

Dubium 3. an adulterium commissum ex metu cadente in constantem Virum, concedat innocenti jus divertendi? Resp. Negativam probabilem censeo à Sanchez *cit. lib. 10. d. 5. num. 14.* & alius, quia non est ex malitia, & dolo, quòd videtur requisitum ex *L. penult. ff. ad L. Juliam de adult.* Sed cum metus non excuset à culpa adulterii, & violatione conjugalis fidei per culpabilem divisionem carnis in aliam cum alterius injuria, quibus divortium ininitur, non potest à divortio, & dotis amissione, sed tantum à poena legibus indicta excusare; ita Sanchez *cit. num. 16. Castropal. p. 5. d. 3. p. 6. §. 1. n. 3.* Ratio est, quia, et si hoc casu ablit dolo; hic tamen solum requiritur ad incurrendam poenam *legalem* adulterii; at ad poenam Canonice (sitam in divortio, & dotis amissione) dolo non consideratur, sed solum moraliter mala divisio carnis in aliam juxta *c. Plerumq. de donat. inter Vir. & Uxor.* ibi: *si mulier ob causam fornicationis, judicio Ecclesie, aut propria voluntate à Viro recesserit, nec reconciliata postea sit eidem, dotem, & dotalium repetere non valebit;* hoc enim graviter opponitur unitati conjugali, per quam conjuges sunt una caro, jure conjugali licitè in aliam non divisibilis; sic Goffred. in *summa. tit. de divort. num. 4.* Hostiens. in *summa. tit. num. 8.* & alii; quod tamen judico intelligendum, ut procedat, quoad poenam etiam, nisi metus valde gravis vehementer minueret voluntarium, ex quo jure præsumeretur mulierem *conservationem tam gravi potius, quàm voluntate lapsam*, ut meritò dici possit *inviata*, cujus ratio constabit ex num. seq.

Dubium 4. an Uxoris adulterium, cujus ipse vir author est, præbeat talem causam divortii? Resp. negativè; quia sic Vir æque culpabilis est, ac Uxor; ita Sanchez *lib. 10. d. 5. à num. 3.* Farinacius

Tom. 4. qu. 143. S. *Separatio tbori*, & alii. Eriam si Uxor eo casu & ipsa in adulterium consentiat, c. *discretionem*. 6. de eo, qui cognovit, quod sic habet: propositum fuit, quod quidam cum muliere quadam legitime per verba de presentia contraxit, quam postmodum à se incognitam, cuiusdam consanguineo suo tradidit in quantum potuit *renitentem*. Ille verò, cum ipsa licet invita, matrimonii Solemnia celebravit; sed mulier, quam cirò fuit reddita libertati, aufugit ab eo, & se priori viro restitui postulavit. Quo casu à Præposito Magdeburgensi exposito Innocentio III. hic ita respondit: cuius consanguineus eam turpi facinore gravis est poenitentia injungenda, & mulier propter publicam honestatem est monenda sollicitè, ut nec primum repetat: cuius consanguineus eam licet invitam cognovit: nec redeat ad secundum, cui non potest propter reatum adulterii commiseri: sed in continentia maneat, donec prior fuerit viam universæ carnis ingressus. Quod, si forsan ad id induci nequiverit, vir prior cogatur redire ad ipsam, & maritali eam affectione tractare; cum adulterium ei non possit obijcere, qui eam adulterandam tradidit, *presertim invitam*. Nam etsi, secundum Evangelicam veritatem, nunquam, nisi propter fornicationis causam, aut Vir Uxorem, aut Uxor possit dimittere virum; non tamen semper propter causam eandem, vel Uxor virum, vel vir dimittere potest Uxorem, cum possit exceptione, vel explicatione legitima impediri. Et hoc extendit Castropal. D. 3. de sponsal. p. 6. §. 2. num. 2. etiam ad casum, quo vir tacito consentit in adulterium Uxoris, scilicet non impediens, cum facile possit, non intercedente ulla occasione legitima; quia tacito consensu censetur remittere jus divertendi ob injuriam illatam. Dixi: nulla occasione legitima intercedente; quia si vir habens suspensionem de Uxoris adulterio, dissimulet, & fingat iter, vel quid simile, animo, vel per se, vel per alios hoc modo acquirendi certam notitiam delicti, ad hoc, ut adulteram, vel corrigere, vel dimittere iuste possit; non censetur adulterio consentire; sed solum ex iusta causa, & sine permittente; ita Sanchez cit. D. ii. num. 52.

Tom. IV.

Not. tamen circa prædictam responsionem, variis modis considerari posse, quod vir talis delicti author sit; an procedat, 1. si vir Uxorem omnino invitam, & renitentem prostituit? & ad hoc Resp. quod sic; hoc enim aperte constat ex cit. superius c. *discretionem*. Secundò, an vir censeatur author adulterii, si eam sic prostituit; ut de consensu illius adulteretur, quin ad hoc cogatur? Resp. affirmative; atque adeo nec tunc licere, viro divortium, ex cit. c. *discretionem*, ubi expressè dicitur, id non licere, si Uxorem prostituit, *presertim invitam*; quod verum est, etiam si volens de viri beneplacito adulteretur. Nam sic non dividit carnem suam in aliam cum injuria Viri, in qua injuriosa divisione fundatur jus divortii titulo adulterii.

Dices: Gloss. in cit. c. *discretionem*, 1531. V. *Presertim*, docet, hunc terminum *presertim* importare idem, ac *tantum*; ut sensus sit, quod vir divertere non possit ob Uxoris adulterium, quando eam *tantum invitam* prostituit. Sed hæc istius vocis *presertim* usurpatio pro *tantum*, est valde impropria, & extra rationem cogentem trahitur ad talem significationis propriæ alienationem. Quod sit *usurpatio valde improprie*, rectè notat Sylvester V. *Maximè*. Nam propriè ponitur comparative, & importat idem, ac *maximè* seu *præcipuè*, teste Bertachin. in suo Repertorio, V. *Presertim*, pag. 160. & ideo operatur, ut sustineatur sententia, in qua Judex plures causas expressit, licet expressa, per dictionem *presertim* requisita, falsa sit; quia hæc dicitio includit, ut etiam ex aliis causis motus fuerit, ut notat Barbos. de dictionibus V. *Presertim*, à num. 2. Et ideo solum denotat, in casu, cui apponitur, *majorem esse rationem, quam in aliis*, quæ comprehendit dispositio, ut tradit Jason in L. i. ff. de officio ejus, num. 37. Cum ergo in c. *discretionem* dicatur, Virum non posse contra Uxorem agere, si eam prostituit, seu alteri adulterandam tradit, *maximè si invitam*; dispositio locum habet, si prostituat eam; seu alteri adulterandam tradat, licet à fortiori, & magis, si invitam sic prostituat. Citra rationem cogentem trahitur ad talem significationis pro-

Ces

pro-

propriæ alienationem. Nam cum possit verificari in proprio sensu, stante nimirum toto fundamento divortii ex adulterio, non est, cur alienetur; ut rectè docet Mantica *de conjectur. ultim. volunt. lib. 3. c. 5. num. 5.* & colligitur ex *L. Cum mulier. 49. ff. solut. matr. l. 2. §. si publico. ff. ad Leg. Jul. de adult.* ubi interdicitur marito accusatio Uxoris, propter lenocinium.

1532. Tertiò dubitari potest, an vir censetur author adulterii ab Uxore commissi ex eo, quòd negaverit conjugale debitum? Affirmativam sequitur *D. Thom. 1. Cor. 7. lect. 2.* & alii apud Sanchez *lib. 10. D. 5. num. 7.* qui tamen sequitur negativam. I. quia etsi negatio conjugalis debiti sit occasio, non tamen est causa, nimirum ordinata ad hoc, ut mulier viri sui congressu destituta, cum alio carnaliter commisceatur; præsertim, cum neque vir tunc dicatur adulterii causa, quòd Uxor committit, quòd sit domo viri expulsa, & alimentis destituta, ut diximus num. 1521. Et deciditur in *c. Ex literis. h. t.* ubi non auditur adultera; excipe, nisi ostendi possit, virum ea agere *de industria*, ut mulier eà occasione adulteretur. Et si opponatur *c. si tu abstines. 37. q. 2.* ubi dicitur: *si tu abstines sine Uxoris voluntate, tribus ei fornicandi licentiam; & peccatum illius, tue imputabitur abstinentie*: respondetur, textum hujus *c.* non habere vim Canonis; sed esse desumptum ex *D. Chrystomo hom. 1. in Psalm. 50.* & licentiam ibi idem esse, ac occasionem, ut ibidem notat *Gloss. V. Licentiam.*

1533. Sed quæri potest, an non præsumi possit, intendens Uxoris lapsum vir, eam perosus, & fatis apertis indicis exiguum in eam animum prodens, domo ejiciens, vel si manet, etiam per menses, & annos sine justa causa, thoro, & conjugali commercio excludens, si tali occasione labatur? Pat. Emanuel Sà *V. divortium*, ait, quòd vir non possit dimittere Uxorem, qui dedit adulterandi occasionem; quòd verum existimo, si fiat in dictis, vel similibus, circumstantiis; præsertim, cum bene possit prævidere periculum, potuerit, & nolit cavere, cum tamen

deberet; nam ubi occasio tam propria qua injustè datur, meritò præsumitur in talem finem ordinari; & hoc omnino verum existimo, quando v. g. mulier discedit à viro post aliquot annorum usum conjugalem, sciens, virum non posse continere; & causà discessus in judicio reprobata jubetur redire ad virum, nihilominus contumaciter abest, etiam per unum, duos, & plures annos. Nam si tali casu ejusmodi vir in adulterium labatur, credo ei non imputari ad prænam divortii ab Uxore celebrandi. Quando enim dicitur adulterium conjugis unius non præstare legitimam causam alteri divertendi, quando ipse est causa delicti ab altero commissi, non intelligitur tantum causa positiva, sed etiam negativa, seu injustè negans debitum homini alioquin non valenti continere per tantum tempus absentie Uxoris cum tanta contumacia contra sententiam legitimi Judicis.

Quartò, dubitari potest, an vir dicatur author adulterii, si mulier propter viri sævitiam ab illo fugiens, & post fugam adulteretur? Plures affirmant apud Sanchez *cit. num. 10.* Sed nisi mulier probet sævitiam viri ad committendum ab ipsa delictum adulterii ordinatum, hæc exceptio non admittitur; quia tunc est tantum occasio, non causa, etiam negativa, & injusta; ita Sanchez *cit. & alii.* Nam in *c. 4. h. t.* adultera allegavit, contra accusantem ipsam de adulterio; quòd vir injustè domo expellens illius causa fuerit; & tamen restituta non est; & in *c. Ex literis. eod.* Uxor allegans se adulterium commisisse eò, quòd vir ei necessaria alimenta denegaverit, non fuit audita; quòd tamen fieri non poruisset, si per hoc vir ejus author fuisset, judicio legitimo factum viri reprobante, & reditum imponente.

Dubium 5. an innocenti competat jus divortii quoad thorum ob adulterium alterius solum materiale? Casus est, si unus conjugum, falsò credens, alterum vità functum, ineat aliud matrimonium, & consummet. Resp. negativè, ex *c. Cum per bellicam. 34. q. 2.* ubi textus loquens de hoc casu

casu ait: si vir talis Uxor, quæ transivit ad secunda vota, quando ipse non esse existimabatur, adhuc vivere deprehendatur, inculpabile iudicandum esse, quod necessitas intulit. Nam in tali casu adulterium culpâ vacat, & concubitus cum novo viro ex secundo matrimonio, quod eo casu bonâ fide contractum est, conjugalis credebatur; ergo propter hoc punire nequit poenâ divortii, & dotis amissione; quæ, cum valde gravis sit, supponit culpam adulterii gravem. Hoc tamen solum, procedit in casu, quo talis conjunx non certificatur de vita prioris; si enim de hoc certificatus, adhuc permaneret in secundo conjugio, petens, vel reddens debitum, adulterium evaderet formale, induceretque in innocentem jus divertendi ab illo; ita Hostiens. in *Summa de divort. num. 8.* & alii.

136. Ex dictis Colliges. 1. ejusmodi conjugem, cujus confors credebatur obiisse, secundo viro reddentem debitum, non posse accusari de adulterio, etiam si primus redeat, & bonæ fidei de illius morte supervenerit dabitum de morte, sufficienti etiam diligentia adhibita, non vincibile; quia per hoc non constituitur in mala fide, nimirum sciens alienam, ut diximus supr. secus foret, si cum tali dubio de valore secundi matrimonii debitum peteret. Hinc etiam habetur, si mulier, prudenter credens virum suum esse defunctum, fornicetur, non committi adulterium formaliter, consequenter ob hoc à viro reduce de adulterio accusari non posse, cum vacet culpâ formalis adulterii, adeoque nec puniri poenâ canonicâ divortii, & dotis amissione; imò nec legali, si probet tunc fuisse communem famam de obitu sui viri; quia tunc abest dolus, qui exigitur ad incursum poenæ legalis. *L. penult. C. ad Leg. Juliam, de adulter.*

137. Dubium 6. an innocenti liceat divertere ab altero vi oppresso? Resp. negativè, si sermo sit de vi præcisâ, & absoluta. Nam hæc facit, quòd actus fiat sine culpa, consequenter, quòd puniri non possit poenâ tali culpæ statutâ. Dixi, si sermo sit de vi præcisâ, & absolutâ; si enim de conditionali, dictum est à num. 1528. Et hoc procedit, esto præcesserit culpa, in occa-

sione v. g. si mulier ex tali loco discedere iusta, non paruit, modò non remanserit ex eo sine, ut opprimeretur; quia sic non pateretur vim, utpote intendens ex ea occasione alienum concubitus; si autem reverà oppressa fuit vi præcisâ (remanente hoc titulo non electâ) culpæ adulterinæ expers est. Nam in *L. vim passam, ff. ad L. Jul. de adult.* indistinctè dicitur, *vim passæ adulterium non esse impunitandum.*

Dices: effectus subsequens imputatur ad culpam, ubi culpa præcedit; sed in hoc casu præcessit culpa, nimirum mora in tali loco contra viri voluntatem; ergo adulterium subsequens ei imputatur in hoc casu ad culpam. Resp. ma. esse veram; quando culpa præcedens ordinatur ad talem effectum subsequentem, non autem secus, 2. si sit prævisus in causa, ex obligatione vitanda; non autem, secus. Idem dicendum est, si Uxor, bonâ fide credens, se conjungi viro suo, cognoscatur ab alio, Mariti speciem mentiente, & latenter accedente. Nam tali casu ille concubitus caret culpâ formalis adulterii; cum ex parte mulieris supponatur bona fides, quæ credit se copulari suo.

Dubium 7, an innocenti competat jus divortii ex alterius adulterio condonato? Resp. negativè; quia tunc juri divertendi per condonationem cessit, quod indubitatum est de condonatione expressâ; quæstio nunc est de tacita? & de hac pariter respondetur negativè; quia eodem modo juri suo, condonatione tacitâ, ac expressâ renuntiatur. Censetur autem innocens tacitè condonare, seu remittere adulterium Reo, si conscius adulterii, & potens divortium petere, conjugii adultero copuletur, vel eum ita familiariter, sicut antea, tractet; quo posito divortium illi non amplius conceditur, ut decidit Rota apud Farinacium *decis. 193. volum. 2. consil. Si autem illa signa solum fictè præstet, & de fictione non constet, in foro externo judicabitur, cessisse juri suo divertendi; secus, in foro conscientie, ubi veritas attenditur, non præsumptio. Sanchez lib. 20. D. 14. à n. 21.*

Dubium 8. an innocenti liceat divertere, si post unum adulterium condonatum, alter iterum labatur? Resp. posse pro-

propter novum adulterium; quia sic novum jus ex injuria nova acquirit. Et ideo in tali casu innocens, contra Reum, agere poterit non tantum civiliter ad divortium, & amissionem dotis; sed etiam criminaliter ad vindictam publicam, intellige propter delictum post reconciliationem commissum; non autem, propter delictum jam condonatum. *c. de his, de accusationibus*, ubi dicitur: *crimina remissa, obijci non posse*, & *L. transigere. C. de transactionibus*, quia *remittentibus actiones, non conceditur regressus per L. Quæritur. §. si Vendor. ff. de Edictio Edicto.*

1541. Dubium 9. an mulier sciens adulterium viri, nec impediens, censeatur consentire? Resp. negativè cum Sanchez *cit. D. 5. num 5.* quia mulier rarò potest impedire; ac ejus dissimulatio non est approbatio; cum ipsa sit subjecto viro. Nam femina communiter non audent viros reprehendere sine metu gravioris mali, & diffidii. Nec in hoc casu censeatur debet condonatio delicti, quando, etiam post adulterii notitiam, dissimulare cogitur, imò conjugale debitum præstare; cum non possit sine gravi detrimento, prout velle, civilem accusationem ad divortium intentare, prohibita metu gravium omnino, ut propè semper fit, malorum à viris tale quid suspicantibus impendentium.

1542. Dubium 10. an innocens conjugem adulterum teneatur dimittere? Resp. virum, *per se loquendo*, non obligari. Nam divortium in casu adulterii, *permisit Dominus*, non iussit, ut ait *D. August. relatus in c. Idololatria 28. qu. 2.* Et tutius est, *adulterum non accusare. c. quemadmodum de iurejurando*: per accidens tamen teneretur, si vellet ordinari in sacris *c. Si Laici. dist. 34.* vel si exinde certa spes emendationis foret, quod tamen vix sperari potest.

ARTICULUS II.

An innocens ab adultero autoritate propria possit divortere?

1543. Resp. 1. posse, si notorium sit, sive per evidentiam facti, sive propriam confessionem in iudicio; imò tali casu nec

per Ecclesiam innocens cogi potest; ut adulterum recipiat. *c. significasti. 4. de divortio*; ubi dicitur, *quod vir, qui uxorem suam absque iudicio Ecclesie dimisit, eò quod ei suggestum fuerit, ipsam incestum cum quodam consanguineo suo commississe, non debeat cogi ad eam recipiendam, si notorium est, mulierem ipsam adulterium commississe.* Cui favet *c. Ex parte, de sponsal. ibi*: ergo stante manifesta causa adulterii, licita est dimissio. Nam delictum publicum æquivaleret sententia publicæ, quæ quis in iudicio damnatus esset; Sanchez 10 D. 12. n. 32. junct. n. 13.

Resp. 2. etiam posse secluso Scandalo, si innocens de alterius adulterio certus sit, licet sit occultum; sic Castropal. p. p. d. 3. de sponsal. p. 6. §. 4. n. 5. quia obligatio reddendi debitum, & cohabitandi, est natura matrimonii est, donec alter carnem suam in alienam non diviserit. Confirmatur ex *c. dixit Dominus. 32. q. 1.* Nec innocens in isto casu, jus, in propria causa, sibi diceret, sed tantum uteretur iure sibi concessio ex natura matrimonii. Et hoc jus, eo ipso, quod Ecclesia matrimonium approbet, ab Ecclesia approbatum censetur. Quando autem in *c. Seculari. 33. q. 2.* dicitur, *matrimonium Ecclesie auctoritate celebratum, ejusdem auctoritate, non conjugum, solvi debere, sermo est de divortio causa scilicet, non adulterii*; & cum in *c. historia, eadem causa & questione*, dicitur, *uxorem ante omnia debere restitui*, est, quia de adulterio nondum constabat. Denique, cum in *c. porrò, de divortio*, dicitur: *etiamsi parentela, seu cognatio, esset publica, & notoria, absque iudicio Ecclesie, ab ea separari non debuit*, sermo est de separatione quoad matrimonii vinculum; non autem, solum quoad thorum, & cohabitationem. Nam ibi Reo tollitur jus possessionis, & proprietatis; hic autem, tantum possessionis.

Dixi, *si innocens sit moraliter certus*, de alterius adulterio, intellige, eà certitudine, quæ in iudicio ad sententiam divortii præstaret sufficientem probationem; ita Sanchez *lib. 10. D. 12. n. 4.* Talis foret, si suum conjugem deprehendisset cum alia, solum cum sola, nudum cum nuda in eodem lecto, ut dicitur *c. Literis. de presumpt. solis autem oculis, & amplexibus non*

non probari sufficienter adulterium, contra alios docet Sanchez *cit. n. 47.* nisi con-tingeret in loco abdito, & secreto, ubi facile copula haberi posset; sic Castropal. *cit. n. 8.* qui idem dicendum iudicat in casu, quo aliqua litera amatoriae ipsius mulieris invenirentur, in quibus adulterium prateritum faceretur; sic etiam Menoch. *de presump. lib. 5. presump. 41.* Ceterum ad divortium celebrandum, non requiruntur ea indicia adulterii, quae violentam suspicionem; sed satis est, quae probabilem, & vehementem suspicionem indicarent, tradit Castropalaus *cit. in fine* ex Farinacio, Guttierrez, & aliis.

146. Per hoc autem, quod exorta licet, super impotentia viri, ad matrimonii divisionem, ipse faceretur adulterium commissum, nec in iudicio ad divertendum habetur sufficiens probatio ex ea confessione; quia praesumi debet fraudulenta ad eludendam uxoris intentionem, & facta contra formam praescriptam in *c. ex litteris, 5. de divort.* Illud etiam annorandum, quod innocens, qui se in suam continentiam, & si sine conjugio viveret, morale periculum sui lapsus in vitium carnis, non posset salva conscientia dimittere adulteram; nam eam dimittere non tenetur; fecus cavere periculum salutis propriae; ergo si ambo concurrant, tenebitur potius illud omittere, quod omitti potest sine peccato, quam se peccati periculo exponere, quod prohibetur.

147. Si quaeras, quid agendum, si conjunx ab altero propter occultum adulterium, secluso scandalo, autoritate propria spoliatus firmet querelam, & petat restitutionem? Resp. statim esse restituendum, nec permitendam separationem, quousque adulterium plene probatum sit, ut deciditur in *c. Significasti, de divort.* à sensu contrario, & apertius *c. 2. c. in litteris. c. in conquestione. & c. item, cum quis, de restit. spol.* Et haec restitutio facienda est quoad omnia, etiam debiti restitutionem. *c. Redintegranda. 1. 2. c. 3. qu. 1.* Hoc tamen de restitutione, quoad debiti redditionem, limita, ut non procedat, si spoliatus in continenti offerat probationes adulterii *c. litteras. de restit. spoliat.* & docet Sanchez *lib. 10. D. 12. n. 15.* Sylvester *V. matrimonium. 10. q. 5.* Deinde, si cer-

tus sit de spoliato adulterio, non tenetur obedire superiori, licet praecipiat, ut spoliato debitum reddat; quia nititur fallâ praesumptione, quod, sine sufficienti fundamento adulterium probante, alterum eo usu spoliavit; ita Sanchez *cit. n. 22.* Menochius *de recuperanda possessione. n. 115. & 38.* cum aliis.

ARTICULUS III.

An ex aliis quoque causis innocens consequatur jus divortii quoad separationem thori?

In Concilio Trident. *Sess. 24. de matr. 1548. Can. 18.* expressè habetur: si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum ob multas causas separationem inter conjuges quoad thorum, seu cohabitationem, ad certum, incertumve tempus, fieri posse discernit, anathema sit. Ex hoc autem sequitur, non solum causam adulterii, sed alias quoque causas dari, ob quas ab innocente divortium à thoro, & cohabitatione fieri possit; Nec obstat, quod Christus *Matth. 19.* ad dimissionem conjugis mentionem faciat *solius fornicationis*; quia Christus in eo textu assignavit causam perpetui divortii; & sic nulla alia causa est perpetua ex se. 2. quia aliae causae non habent hoc ex oppositione cum matrimonio, sed ex aliis capitibus, ut patebit in sequentibus; & ideo necesse non erat, ut Christus eas speciali mentione exponeret.

§. I.

An conjunx Catholicus licite divertat ab altero propter haeresim?

Quaestio est I. an haeresis unius conjugis sufficientem praebet causam divortii? Resp. affirmativè ex *c. fin. de Convers. conjugat.* ibi: *mulier, que in fide remansit, potest nolente viro, qui ab infidelitate revertitur, propter quam ab eo fuerat iudicio Ecclesiae separata, ad religionem liberè convertere, & c. 2. h. t.* mulier pro furto, vel alio crimine viri sui (nisi fidei suae religionem corrumpere velit) ab eo separari non debet. Verum si conjugem suam ad infidelitatis (intelligè, apostasiae) maleficiam

cum traxerit, à Viro poterit separari. Et c. quanto. 7. eod. dicitur: conjugale vinculum non dissolvi, altero conjugum fidelium in hæresim, vel gentilitatis errorem lapsi. Ubi not. quòd dicat: *non dissolvi* propterea conjugale vinculum, nimirum, ut possit ad aliud matrimonium transire: ergo non prohibetur innocens, se ab illo separare thoro & cohabitatione; cujus ratio est ex Scriptura ad Tit. 3. *hæreticum hominem, post unam, & alteram monitionem devita;* & jure naturali, præcipiente, vitari periculum perversionis.

1550. Ad rectam horum intelligentiam, not. 1. distinguendum esse inter casum, quo ambo conjuges, dum erant Catholici, inierunt matrimonium; & eum, quo catholicus scienter cum hæretico inivit matrimonium. Nam conclusio, & allata jura, accedente quoque c. *Idololatria. 24. q. 1.* procedunt de primo casu, ubi unus Catholicorum conjugum labitur in hæresim, ac etiam monitus recusat resipiscere: de talibus enim absolutè sic loquitur Pontifex c. *fin. de heret. absolutos se noverint à debito fidelitatis homini, & totius obsequii, quicumque lapsis manifestè in hæresim, aliquo pacto, quacumque firmitate vallato, tenebantur adstricti.* Hæc porrò lex fundans jus divortii quoad thorum respectu manentis in fide, altero conjugum Catholicorum lapsi in hæresim, vel gentilitatem, communis est Viro & Uxori, sic, ut æque viro, lapsa muliere, resipiscere nolente; ac Uxori, lapsi Viro, concedat jus divertendi quoad thorum, & cohabitationem, ut constat ex cit. c. *quæ scribit. 2. b. t.* ibi: *In Viris quod præsentis sententiæ forma servetur.*

1551. Not. 2. in altero casu, quo Catholicus scienter contraxit cum hæretico, etiam si non sit spes conversionis, non licere Catholico divertere ab illo, titulo perseverantiæ, etiam contumacis in hæresi præcisè. Nam in tali casu scienter cum illo contrahens, præsumitur tacitè renuntiâsse juri, cæteroquin concessio in c. *fin. de heret.* excipit nisi à Viro, durante matrimonio (quod contraxit, *prudenter credens, se non turbendam in vera religione sua, uti non rarò fit, ubi Catholici hæreticis permixti vivere, & contrahere permittuntur*) ad defectionem sollicitaretur cum

animæ periculo. Tunc enim divertere posset, non ob ejus pertinaciam in hæresi præcisè; sed ex alio capite, ut dicemus infra. In casu autem, quo Catholicus contraxit cum hæretico cum promissione, aut prudenti spe, quod hæresim deseret, & Catholici conjugis religionem amplectetur, ille ab hoc potest divertere, conversionem, contracto matrimonio, recusante sic enim præsumi non potest renuntiâsse juri concessio in c. *fin. de heret.*

Not. 3. divortium innocenti concessum propter alterius adulterium, esse ex se perpetuum. c. *Intelleximus, de adulter.* ubi conjunx, qui alterum propter adulterium rejecit, illum recipere amplius non cogitur nisi & ipse de adulterio convinctur: divortium autem concessum propter alterius lapsum in hæresim, non esse perpetuum, sed temporale, dum Reus resipiscat juxta dicta. Neque requiritur lapsus frequentior, sed ad divortium ex adulterio, seu fornicatione carnali (facta nimirum per divisionem carnis in aliam) sufficit unicus lapsus; quia sic jam verificatur, lapsum esse in adulterium; quamvis ad divortium ex fornicatione spirituali non sufficiat unicus lapsus; sed requiratur simul, incorrigibilitas, & cervicositas in malo desertæ fidei, ut constat ex Apostolo supra relato, ibi: *post unam, & alteram monitionem devita.* Per fornicationem autem spirituales intelliguntur peccata adversantia fidei Christianæ, ut communiter loquuntur Doctores cum D. August. relato in c. *Idololatria, & c. Non solum. 38. q. 1.* Nam idololatria, & quælibet noxia superstitio, fornicatio est, ut ait S. August. in cit. c. *Idololatria.*

Not. 4. dupliciter fieri posse, quòd conjunx Catholicus divertat ab altero in hæresim lapsi. 1. si divertat ab illo, *Ecclesiæ judicio, 2. si sine illo, autoritate propria;* ubi advertendum, ut hic dicatur *judicio Ecclesiæ divertere*, non requiritur sententiam divortii, sed sufficere declarationem hæresis in altero; sic Castropal. de *justa heret. punit. lib. 2. c. 7.* Covarr. de *sponsal. p. 2. c. 7. §. 5.* & alii. Nam, hoc positum jure naturali, & divino ipsi concessum est (ut diximus) jus divertendi, & quidem perpetuò, ut constabit ex n. seq.

1554. Quæstio est. 2. an conjunx Catholici, qui propter lapsum alterius in hæresim, ab hoc discessit, hæretico ipsum repenti, restituendus sit? Resp. cum distinctione; si discessit *judicio Ecclesie*, non teneri, nec cogi eum posse, ut ad restitutum, etiam respicientem, revertatur; sed, ei liberum esse, vel solum manere, vel ad Religionem transire, salvo tamen semper conjugali vinculo, quod in hoc casu non solvitur, ut dictum est. Si autem discessit ab eo *sine judicio Ecclesie* (nimirum *authoritate propria*) cogi posse, ut ad restitutum revertatur, si respicit, ad fidem catholicam reversus. Hoc probatur. 1. ex *c. fin. de convers. conjug.* relato jam supra, ibi: *Mulier potest, nolente viro, qui ab infidelitate revertitur, propter quam ab eo fuerat, judicio Ecclesie, separata, ad religionem liberè convolare.* ubi ponitur. 1. expressè casus separationis factæ *judicio Ecclesie*, propter viri lapsum in infidelitatem; 2. *esto vir respiscat, ius religionem liberè intrandi, consequenter à obligationem ad Virum emendatum redeundi*, quod tamen aliqui limitant, apud Barbo. in *c. de illa. l. b. t.* ut non procedat, etiamsi Uxor à viro in hæresim lapso, *judicio Ecclesie* separata sit, nisi prius, quam ille respiscat, Religionem ingressa, & professsa sit. Quare licet religionem ingressa esset, si tamen Vir ab hæresi ad fidem prius reversus esset, quam illa profiteretur, censent eam viro repenti restituendam.

1555. Sed contrarium sentit Basilus Ponticius *lib. 9. c. 2. num. 3.* dicens: hoc textu non imponi necessitatem convolandi ad religionem, quasi vel debeat illum ab infidelitate redeuntem recipere; vel, ad statum religiosum convolare. Nam in hoc textu expressè dicitur, quod, *etiamsi vir hæreticus convertatur*, tamen, si ab eo separata est *judicio Ecclesie*, liberè possit ad religionem convolare; ergo in tali casu ei conceditur *ius non revertendi ad respicientem ab hæresi, cum libertate*, hoc est, potestate, vel religionem ingrediendi, etiam stante non reditu ad conversum; & ita etiam sentire videtur Gonzalez in *c. de illa. l. b. t. n. 3.*

1556. Probatur 2. ex dictis *c. de illa*, ubi expressè dicitur, quod mulier, quæ à

viro in hæresim lapso *sine judicio Ecclesie* discessit, eidem, cum reversus fuerit, sit reddenda; & si noluerit, compellenda: *si verò judicio Ecclesie ab eo recessit, ad recipiendum eum nullatenus dicimus compellendam.* Confirmari potest ex *c. Quanto. 7. b. t.* ubi Pontifex ait, per hanc ipsam responsonem illa solvitur quæstio, *utrum ad eum, qui ab hæresi, vel infidelitate revertitur, is, qui permansit in fide, redire cogatur?* nimirum, debere, quando ante *judicium Ecclesie* secessit; ne scilicet existimarent, hæresi dissolutum matrimonium quoad vinculum conjugale; ergo non, si post *judicium Ecclesie*.

Quod autem Ecclesia eum, qui ante 1557. *judicium Ecclesie* discessit ab altero, cogat redire, si respiscat, ratio est; quia ipse posset negare suam hæresim, & ante *judicium Ecclesie* de illa non constat. Et quoniam tali casu, quo innocens sine *judicio Ecclesie* discedit, jus divertendi (quod innocenti in hoc casu jure naturali & divino competit, ut cum communitur notat Gonzalez cit.) ex poena per Ecclesiam decreta simul accedit circumstantia *divertendi perpetuò*, ante *judicium Ecclesie* declarantis crimen, nondum habet innocens jus divertendi *perpetuò*; & sic etiam tenet Sanchez *lib. 10. hic. D. 15. num. 15.* Graffis. *p. 1. decis. lib. 2. c. 12. n. 22.* & alii.

Ex dictis sequitur. 1. in casu, quo 1558. unus conjugum Catholicorum labitur in hæresim, & monitus respiscere contumaciter renuit, innocentem, propriâ autoritate, posse ab illo, quoad thorum & cohabitationem, divertere ex *num. 1554.* teneri tamen tunc ad eum, ubi conversus fuerit, redire ex n. eod. quia licet habeat jus divertendi ab illo etiam propriâ autoritate, hoc tamen jus est solum ad divortium temporale ex *loc. cit. secus*, si discessit *judicio Ecclesie*, per *n. cit.* quibus adde, ejusmodi conjugem innocentem, *durante divortio solum temporali*, non posse mutare statum, (transcundo ad aliud matrimonium; quia per alterius hæresim non dissolvitur vinculum conjugale) vel intrando religionem, aut sacros ordines assumendo; quia nequit vi juris accepti plus, quam ei lege talis juris constitutivâ permittitur sit; at câ lege illi

illi non permittitur divortium thori, & cohabitationis, nisi quamdiu alter manet inemendatus, stante adhuc fide conjugali ad utrumque, si convertatur; ergo nequit aliquid cum hac fide impossibile eligere; ita communis.

1559. Sequitur, jus divertendi, concessum innocenti, propter lapsum alterius in hæresim, confurgere hoc ipso; quod alter à fide deficiat, si monitus non respiscat. Innocentem tamen non obligari ad usum ejus juris, nisi ubi adest morale periculum seductionis, de quo videtur loqui Sanchez *lib. 10. D. 15. num. 5.* volens, quoties maritus est hæreticus, & conversionem respuens, uxorem Catholicam, *per se loquendo*, teneri ab eo divertere. Nam in iis provinciis, ubi hæretici vivunt permixti cum Catholicis, non est casus metaphysicus, ut existimat P. Sanchez, quod uxores maneat constantes in fide Catholica, licet earum viri à fide deficiant, & in hæresi vivant; id, quod in multis Germaniæ locis experientia probat, & tenet Layman *lib. 5. p. 3. tr. 10. c. 7. num. 16.* & videtur alibi etiam sentire P. Sanchez *lib. 7. D. 72. num. 5.* concedens in ejusmodi locis licita conjugia Catholici cum hæretica; vel e contra, secluso periculo perversionis. Ut autem innocens à conjugio in hæresim lapsus, etiam propria autoritate, temporaliter divertat, sufficit, quod innocenti constet de alterius lapsu, & obstinatione. Nulli enim ejus *notoreitas* jure requisita est ad usum juris concessum autoritate juris naturalis, divini, aut humani, ut constat ex textibus allatis *à n. 1549.* præsertim, cum loquamur de divortio solum ad tempus.

1560. Ad extremum not. quando in *c. quanto. 7. b. t.* Innocentius III. ad propositam quæstionem referibit, & addit: *licet quidam Prædecessor noster* (nimirum Celestinus III. ut notat gloss. *ibidem V. Prædecessor*) *sensisse aliter videatur*, præsertim, cum glossa addat: *malè dixit Celestinus*; hæreticos ex hoc textu malè arguere, Pontificem errare posse, cum aliquid definit, ut summus totius Ecclesiæ Pastor. Nam ut rectè observat Azor. *p. 2. Instit. moral. lib. 5. c. 4. q. 3.* ex hoc textu nihil probatur. Nec enim rectè dicitur: *hoc, in corpore Juris Canonici continetur*;

ergo *eo ipso definitum est à Pontifice, ut capite totius Ecclesiæ*; quia multa in corpore illius juris continentur, quæ Pontifices non definiunt; sed, tantum *mentem*, ac sensum suum quæstioni propositæ *aperiunt*, ut secundum eum interim agatur, dum res definiatur. Et ideo etiam in eo ipso textu Innocentius III. cautè dixit: prædictum Antecessorem suum aliter *sensisse*; non autem, *definisisse*.

Si quæras 1. quando conjux innocens censeatur, jus divertendi à lapsus in hæresim, condonare? seu, an conjux innocens alteri in hæresim lapsus censeatur remittere jus ab eo divertendi, si post lapsum ei nihilominus conjugaliter convivat per copulam carnalem? Resp. cum distinctione. Nam, vel ponit casus, *illam ipsi copulari ante judicium Ecclesiæ, vel post?* Si primum? censei omnino tacitè cessisse jus divertendi *temporaliter*; non autem *perpetuò*; si secundum? etiam cessisse *istud*. Prius enim, hoc jus divertendi *perpetuò*, nondum habuit; adeoque illi per talem actum, nec tacitè, renuntiare censei potest; secus est de jure, quod habuit, si absit periculum perversionis, quod moraliter abesse posse, ex dictis constat. Nam jus divertendi eo casu liberum innocenti relinquatur, quod indicat, in ejus favorem inductum esse; favori autem renuntiare potest, si vult, secluso, ut dixi, periculo animæ. Sic Pontius *cit. lib. 5. c. 22. n. 5.*

Si quæras 2. an in casu, quo unus Catholicorum conjugum in hæresim lapsus, & ab innocente relictus est, sit compensationi locus? seu, quod idem est, an si unus conjugum Catholicorum commisit adulterium, & alter lapsus est in hæresim, adulter ab hæretico possit divertere quoad thorum, & cohabitationem. Resp. non posse divertere *perpetuò*; ante judicium Ecclesiæ; posse tamen *temporaliter* ex dict. Nec obstat, quod ei hæreticus possit opponere adulterium. Nam, hoc etiam probato, solum evincit, quod ipse possit, si velit, perpetuò ejicere adulterum.

Dices: saltem in casu, quo adulter agit contra hæreticum ad divortium coram Judice Ecclesiastico, adulterii oppositio evincet compensationem, ut ipse titulo hæresis ab illo repelli non possit. Resp. non dari compensationem, cum sint delicta *diver-*

diversæ rationis, & jns repetendi alterum concedatur nocenti solum, cum ipse est emendatus, ante judicium Ecclesiæ de divortio; vel innocens, factus est nocens ejusdem criminis, directè pugnantis cum fide conjugali. Et ideo, si adulter judicio Ecclesiæ separatur ab altero propter hæresim, nec adulter cogetur recipere hæreticum quamvis emendatum ex n. 1554. nec hæreticus adulterum, cum ex hoc habeat perpetui divortii jus quæsitum.

§. 2.

An periculum animæ præstet justam causam divortii?

Resp. si unus conjugum alterum pertrahat, ac sollicitet ad peccatum, ut hic illi sine periculo animæ convivere non possit, jure naturali concessum esse innocenti, & periclitanti, divortium celebrare, dum durat periculum. Constat hoc. I. ex *Matth. 18. si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te*; ubi S. Hieronymus per *oculum* intelligit *conjunctos*, ut Patrem, filium, Uxorem &c. qui alteri causa sunt ruinæ spiritualis. Unde in *c. Valet. dist. 8.* refertur Isidorus. *l. 2. de summo bono c. 10.* dicens: *congruum est, ubi etiam corporaliter avelli, ubi quisq; illi celebris deseruit. Nam locus, ubi quisq; prædè vixit, hoc in aspectu mentis opponit, quod sape ibi vel cogitavit, vel gessit.* Et hanc sententiam tenet Sanchez *l. 10. D. 17. num. 5.* Sylvester *V. Divortium*, qu. 6. Pontius *l. 9. c. 23. num. 1.* Not. tamen alia crimina, quibus unus conjugum infectus est, etiam si gravia sint, extra adulterium, & hæresim, non dare innocenti jus divortii etiam temporalis, nisi annexum habeant morale, seu probabile periculum innocentis seducendi, vel pertrahendi in animæ ruinam, aut grave periculum corporis; ut docet D. Thomas. *in 4. dist. 39. q. unic. a. 6.* Sanchez *cit. num. 3.* nam aliter potestas divertendi, nec jure naturali, nec positivo concessa reperitur.

Illud hic annotare visum est, quando vir hæreticus Uxori mandat actus in Catholica religionis contemptum, vel irrationem coram aliis (v. g. *diebus vetitis coquere, & secum carnes comedere, sacrum Tom. IV.*

negligere festis diebus, & similia quæ subinde hæretici faciunt in Ecclesiæ Catholicae respectum) præberi Catholicæ justam causam divertendi; quia tales actus ea Uxor sine gravi peccato facere non potest; de quo plura Gobat in *Theol. Juridomoralis c. 33. Sect. 2. à num. 40.* Ex hoc autem per oppositum colligitur cum Castropalao *de sponsal. D. 3. p. 6. §. 9. num. 1.* quoties conjuges sine gravi periculo corporis, vel animæ nequeunt simul habitare, dati sufficientem causam divortii *temporalis*. Nam nemo ex promissione sua intendit se obligare ad grave damnum, vel periculum corporis (nam animæ, aliunde non potest) nisi ad summum, quando conjungitur cum eo, quod secum feret conjugium, quale est periculum in partu &c.

§. 3.

An periculum corporis præstet justam causam divortii?

In hac questione non agimus de *1566.* periculo corporis, quod alteri nascitur ex actibus usui conjugali non tardè succedentibus v. g. in periculo partus, vel similibus; nec etiam de casu, ratione morbi contagiosi, de quo dictum est à n. 1030. sed potissimum ex crudelitate, & sævitia alterius. Ob hanc igitur causam omnino, non tantum jure naturali, sed etiam positivo, patienti permittitur est divortium à thoro, & cohabitatione conjugis sævi, ut docet communis. *Jure naturali*; Nam nullus conjugum, matrimonium contrahens, consentit in individuam vitæ societatem, *per communem thorum, & cohabitationem cum conjuge*, non ut conjugem, & vitæ sociam; sed sævè, ac crudeliter alterum tractantem, igitur, quoad hoc, defectu consensûs, jure naturali, quoad cohabitationem, & thorum, in talibus circumstantiis, deficit obligatio; *jure etiam positivo*; quod maxime patet ex *c. Literas. 13. de restitut. spoliator*; ubi Archidiacono Bituricensi, post alia proponenti, *an, si mulier recessit à viro propter ejus sævitiam, & hic eam petat sibi restitui, hac restitutio fieri debeat, etiamsi mulier in continente probationes offerat?* Nam ad hoc quoad præsentem casum, rescribens Innocentius III. respondit:

D d d

spondit:

spondit: Si ob viri sevitiam non possit mulieri sufficiens securitas promitti, non solum non debere restitui, sed ab eo moveri: sufficiens verò securitate provisâ, videri, ante causæ cognitionem, restituendam. Ex hoc enim textu clarè sequitur. i. mulierem, propter viri sevitiam, posse ab illo divertere; sufficienti tamen securitate provisâ, viro eam repetenti, debere restitui; non autem quàm diu Uxoris indemnitati, & securitati non est sufficienter provisum, ut liquet ex ipso textu.


1567. Ad majorem horum intelligentiam, not. 1. mulierem, viro salvo esse restituendam, habitâ sufficienti securitate, etiam ante causæ cognitionem, esto in continenti aserat probationes de viri sevitia; sed in hac restitutione magna iudicis prudentia requiritur, præsertim si probationes sunt liquidæ, propter quas ei merito iudicium Ecclesiæ divortium statuisset, si eas ante litem, à viro super spolio intentatam, obtulisset. Secundò ratione cautionis, seu securitatis, ut non quilibet iudicet sufficientem, nisi consideratâ qualitate, ac genio caventis. Nam etsi alias Cautio sufficiens dicatur, pignoratitia, vel fidejussoria, ut ait Gloss. in c. Benedicta. 32. qu. 1. v. Sub cautela, Sanchez cit. hic l. 10. D. 18. num. 4. & alii, cum Gloss. in c. Ex transmissa h. t. v. sufficienti: Si tamen vir est adeo ferocis genii, ut prudenter timeatur, quòd illas cautiones, aut etiam juramentum de non offendendo, vix sit curaturus, incolumitati mulieris sufficienter provisum non esset.

1568. Not. 2. ut propter sevitiam viri, mulieri divertere liceat, per sevitiam intelligi omnem, & solam illam asperitatem conjugis, ex qua alteri imminet periculum gravis mali corporalis; & periculum, ejus debere esse probabile, seu prudens, non vanum, in re tam gravis momenti, ut est divortium. Nam vani timoris excusatio non est. L. Vani ff. de Reg. juris; nec ratio habenda est, per L. Metum. ff. de eo, quòd metus causa sit. Gravia porro mala, quorum probabilis metus in sexu, naturâ infirmo, ac debili, justam divortii causam præbeat, generatim dicuntur ea, quorum metus cadit in constantem virum; juxta dicta supr. à num. 392. nimirum relatè ad

personam, cui ab altero probabiliter impendent, teste Sanchez cit. num. 10. Layman. l. 5. tr. 10. c. 7. num. 16. Talia sunt mors. c. Cum dilectus, de his que vi. Multitatio. c. si quis absiderit. dist. 55. Cruciatu corporis. cit. c. Cum dilectus. v. g. gravis verberatio, excedens modum verberandi, viro permissum in uxorem delinquentem, ut notat Sanchez cit. num. 16. quòd à fortiori procedit, si Uxor non sit merita castigationem, & contingat frequenter; aut graves minæ, v. g. si mulierem gladio infectetur, in eam fugientem, quævis obvia projiciat. vel jaculetur &c.

Not. 3. Uxori probabiliter timentis gravis mali corporalis periculum, quod moram non patitur, autoritate propria licere divertere, ut Filliucius tr. 10. p. 1. c. 10. qu. 3. num. 402. Layman. num. 14. quia nemo in re talis periculi, moram non patientis, teneretur expectare sententiam iudicis, frequenter, post factum, non profuturam. Hinc etiam habetur, quòd, quando Judex reperit, nullâ cautione securitatis conjugis, alteri restituendi, sufficienter provideri posse contra sevitiam alterius, possit definite divortium perpetuum, ut constat ex cit. c. Literas. 13. b. t. relato superius num. 1566. Sic abbas ibid. num. 7. & alii; & tali casu, mulier separata, expensis viri, cujus culpa separatio facta, alenda est, ut diximus superius.

Etsi autem in c. Ex transmissa, de restit. spoliat. dicatur: Uxorem, live pendente, si vir eam odio persequatur, aliquid probe, ac honeste matrone esse committendam: quia tamen hoc unice spectat ad ejus securitatem, quàm æquè in Monasterio, vel quandoque apud Parentes, aut cognatos obtinere potest, iudicis est arbitrari, quid huic fini, consideratis certis circumstantiis personarum, expedientius sit? & illud statuere; ut rectè notat Pontius cit. l. 9. c. 23. num. 10. Ea porro, quæ diximus de sevitia, procedunt etiam de furore superveniente, ut tenet communis.



ARTICULUS IV.

De actione ad divortium à thoro, & cohabitatione?

De Judice competente, quando agitur ad divortium à thoro, & cohabitatione, actum est à num. 1505. quæ actio competat innocenti, quando agit ad divortium ex alterius adulterio? à num. 1484. Hinc sequitur, si vir intenet actionem ad pœnam sanguinis, agendum esse coram Judice seculari; si autem ad alias pœnas, coram seculari, vel Ecclesiastico. Ratio primi est ex c. *sententiam sanguinis. Ne clerici, vel Monachi, & c. Tue. de Procuratoribus*. Ratio secundi est, quia adulterium est delictum mixti fori; sic Julius Clarus lib. 5. *receptarum. §. fin. q. 37. n. 3.* Sanchez. lib. 10. D. 8. n. 16. Si tamen innocens civiliter agat ad separationem thori, & amissionem dotis, actionem instituere debet coram Judice Ecclesiastico; quia agitur de dissolvenda obligatione matrimonii, in qua causa solus Judex Ecclesiasticus competens est, ut colligitur ex c. *Tue 5. de Procurat. & c. 1. Ulite non contestata*, in quo textu specialiter observandum, in dicto c. statui: si agatur de adulterio ad separationem thori, & ante litis contestationem Reus est contumax, illum posse excommunicari, non tamen testes recipi, vel causam definiri.

1572. Quæstio tamen est 1. an innocens possit ad actionem criminalem transire, postquam intentavit civilem? Resp. non tantum pendente iudicio, seu lite, super una actione, sed etiam eâ finitâ, non licet transire ad alteram. L. *unic. C. quando civilis actio criminali prejudicat*; quia utrumque iudicium ad idem tendit, nimirum ad punitionem adulterii, vel privando potestate petendi debitum, dotisque amissione; vel pœnam mortis imponendo; ita Sanchez *cit. lib. 10. D. 8. à n. 19.*

1573. Quæstio est 2. à quo, pendente lite super divortio, Uxori præstandæ sint expensæ, ac alimenta? Resp. à viro, licet in adulterii causa contra illum agat; id, quod etiam procedit, si vir vel civiliter, vel criminaliter contra illam agit: quia, lite pendente, nihil est innovandum; quod limitat Sanchez *lib. 10. D. 8. num. 28.* ut non procedat in foro conscientie, si Uxoris adulterium notorium sit.

Tom. IV.

Not. tamen, datam responsionem. 1574. (quoad alimenta Uxori præstanda à viro) si fugiat ab ejus domo propter metum, quem habet, quod malè tractabitur ab illo causâ adulterii suspicari, non procedere, si ipsa causam dedit huic suspicioni; quia tali casu non tenetur illam extrâ domum alere: sic Farinacius *lib. 4. q. 143. num. 45.* quod verum puto, si suspicio sit fundata, & vir in ea malè tractanda non timeretur meritò excessurus graviter. Si autem Uxor legitime accusata, falsis probationibus se defendat, marito solum restituere tenetur expensas litis; quia in his eum injustè damnificavit. Bona verò reliqua, quæ marito dare debuisset sententiâ secutâ, cum ei debita non sint, nisi post sententiam, hac impeditâ, non tenetur tradere; quia per injustum sententiæ impedimentum non viro, sed Reipublicæ, & iudicio publico injuriam fecit. Sic Navarrus in *Manual. c. 18.*

Et quoniam dotis amissio est pœna adulterii. c. *penult. de Donationibus inter virum & Uxorem. L. consensu §. 1. C. de Repudiis*: Reus autem non teneatur pœnam subire, quousque sententiâ, saltem declaratoria criminis accedat, ut diximus *lib. 1. Decret. de constitut.* Sequitur, virum, qui ab Uxore causâ adulterii se separavit, teneri ad reddendam illi dotem, si mulier in casu, priori numero proposito, per nullam sententiam de adulterio condemnatur.

ARTICULUS V.

De consequentibus divortium thori, & cohabitationis?

Quæstio est 1. an innocens, factò divortio, dimissum teneatur recipere? 1575. Resp. quòd possit, si velit, alteri reconciliari; non tamen teneatur, etiam altero emendato, cum adulterium sit causâ perpetui divortii. Hinc quando in c. *Ego dixi. 34. q. 1. & 2.* dicitur: *si vir non repetit suam Uxorem, jam penitentem, peccat*; intelligitur, si non repetit ex odio; non autem, si jure divortii: vel, si sine incommodo possit, non repetit in periculo incontinentiæ versantem. Et ideo in aliis textibus contrariis, quibus dicitur, quòd penitentem recipere debeat; agitur de

Ddd 2

de

de debito decentiæ, & æquitatis; non legis, & præcepti; sic Castropalaus *D. 3. de Sponsalibus. p. 6. §. 6. n. 2.* Ex quo habetur, quòd tali casu innocens separatus, possit sacros ordines suscipere, vel religionem ingredi, si separatio facta sit per Judicis sententiam *c. Agathosa. 27. q. 2. c. constitutus. 15. de Convers. conjugat.* ubi dicitur, quòd maritus, factus Monachus, à conjugate adulterata revocari non possit. & *c. veniens. 16. eod.* ubi habetur, intimatum esse, quòd, cum quidam olim intrandi Monasterium propositum concepisset, pluribus Sacerdotibus præsentibus apud Uxorem suam instittit, ut super hoc suum impertiretur assensum, eisdem Presbyteris primitus exoratis, ne præfata mulieri exponerent, quòd etiam ipsam oporteret relinquere sæculum, si viro suo daret licentiam ad monasterium convolandi. Cumq; ipsum mulier, ne ab ea discederet, vice mutua precaretur: ipse asserens, quòd, nisi ab ea super hoc posset obtinere licentiam, non solum se ei inutilem redderet, sed etiam toti mundo: his demum tam ipsius, quam multorum adstantium precibus, fletibusque devicta, caput ejus altari supposuit manu sua: qui eam præsentem tonsuratus, ibidem monasterium adiit, & finito probationis tempore, professionem fecit solenniter monachalem; illa verò in seculo remanens, inhonestos amatores admisit. Cum autem dictus vir, metuens, ne suæ conscientiæ, illius incontinentia imputetur, & an in monasterio debeat manere, ambigeret, totumque casum Pontifici exposuisset, per Episcopum Pictaviensem, & Abbatem de Boribard. Innocentius III. respondit: mandamus, quatenus, si ita est, prædictum L. in monasterio, quod intravit, perseverare liberè permittatis; licet enim in hoc videatur non modicum deliquisse, quòd captiosè asseruit; quia, nisi sibi eadem mulier consentiret, tam sibi, quam toti mundo se inutilem redderet, & cum Presbyteros exoravit, ne prædicta mulieri exponerent, quòd eandem relinquere seculo deberet, si fortè licentiam daret viro: ex quo tamen eadem caput viri, altari spontè supposuit, & postmodum non continuavit: *super revocatione ipsius non est aliquatenus audienda,* cum ipsius intentio, exceptione possit commissa fornicationis elidi:

maximè, cum, antequam fuerit fornicatus, ipsum non duxerit repetendum. Ex quo liquidò constat resolutio nostra: factus tamen est, si vir suâ autoritate recessisset, etiam adulterio notorio, ne Uxore, contra spoliolum agente, status assumptus, periculo exponeretur. Et quamvis in dato casu teneri adulteræ, à qua per sententiam separatus est, nihilominus præstare alimentata, probabiliter doceant aliqui apud Sanchez *l. 10. D. 8. à. n. 23.* quia per hoc non definit esse Uxor, præsertim, si maritus adulterio causam dedit, eam domo expellendo, vel crudeliter tractando: Sanchez tamen probabilius censet oppositum; quia propter ejus adulterium, vir ab omni conjugali debito liberatus est.

Resp. 2. si vir ob Uxoris adulterium per sententiam ab ea separatus commisit adulterium *ante sententiam* divortii *actam*, & hoc spoliata legitime doceat, antequam sententia transeat in rem judicatam, virum teneri spoliata reconciliari, detemque, aliaque bona reddere, ac si spoliata non esset; quia sic æque Reus est, & delicta compensata sunt. Et hoc procederet in casu, quo adulterium viri commissum est post sententiam divortii, sed antequam transiret in rem judicatam: quia eodem modo delictum Uxoris compensatum est per delictum viri tempore, quo contra sententiam appellare licet.

Dubium est, quid dicendum, si ad adulterium viri commissum, postquam sententia divortii transivit in rem judicatam, hoc est, postquam tempus appellandi jam est elapsum? in tali casu virum, nec in conscientia teneri Uxori reconciliari, reconciliandos tamen esse ex officio judicis, si sit periculum incontinentiæ, docet Sanchez *l. 10. D. 9. à. num. 30.* Layman. *l. 5. tr. 10. p. 3. c. 7. n. 14. Et.* Sed contrarium probabilius videtur; nimirum, etiam sine Judicis officio virum in conscientia teneri tunc Uxori reconciliari, ac eam restituere; ex dictis supra. Deinde, quia sententia divortii, ob adulterium unius, innocenti non concedit jus ab eo divertendi, sed tantum jus ex ejus adulterio acquiritur, tum declarat, ut eo publicè uti possit; sed jus, quod ex alterius adulterio acquiritur innocens, est jus divertendi, dum ipse innocens est; ergo si fiat nocens, cessat hoc jus, adeoque tenetur reconciliari; sic

fit Castropalaus p. 5. D. 3. p. 6. §. 6. & alii complures. Hinc ad rationes in contrarium, concedo, *semel bene definitum, minime retractandum esse c. quod bene. 6. q. 4.* quod intellige, ut non retractetur ex iisdem causis, ex quibus bene definitum est; non etiam, si superveniat nova causa; quia tunc non tam est prioris causae retractatio, quam nova decisio. Similiter Resp. ad illud ex c. *Queris, de consecrat. dist. 4. & L. Stichum. §. Arcam. ff. de solutionibus. Servatus semel amissa, non renascitur*; intelligitur enim, nisi rursus ex nova causa contrahatur. Deinde concedo etiam, quod exceptio rei iudicatae semper obstat nocenti, ne scilicet sententiam latam possit in dubium revocare; non obstat tamen, quod minus ex nova causa possit litem novam intentare, & novam sententiam exigere. Negandum etiam est, in casu, quo vir, ob adulterium Uxor, separatus, adulteratur; ab eo non fieri Uxori injuriam; cum ipsa ius fidei conjugalis non amiserit, nisi quoad cohabitationem, & actum exigendi debitum: denique negandum est, in sententia divortii non esse imbibitam conditionem, *quoad separatus innocens manserit*. Eam enim postulat, jure naturali contractus matrimonii, quod sententia mutare non potest. Si innocens post latam sententiam, quae transivit in rem iudicatam, profiteatur, vel sacros ordines suscipiat, & post hoc labatur in adulterium, non est Uxori reddendus; quia, suo delicto, non potest praedjudicare, juri, quod ordo, vel Religio legitime obtinuit; sic Basilius Pontius. l. 9. c. 20. n. 7.

1778. Quæstio est 2. quid dicendum, si sententia divortii nulla fuit? Resp. tunc Uxori spoliatae omnia esse restituenda; quia si sententia nulla fuit, jus divertendi pariter nullum est; quod procedit, etiam si vir interim sacros ordines suscepisset; vel etiam Religionem professus foret; quia non potuit praedjudicare juri alterius; neque per susceptos ordines, aut emissam professionem sine alterius consensu obligare se potuit cum ejus praedjudicio ad negandam ei, quod illi ex iustitia debitum est. V. Castropalaus cit. §. 6. n. 7.

1779. Quæstio est 3. quid? si uterque conjunx, credens divortium esse legitime factum,

mutavit statum, v. g. profitendo religionem, vel unus, assumptâ religione; alter assumptis sacris ordinibus? Resp. quod neuter eo casu posset alterum repetere, juxta Sanchez D. 9. num. 23. quia sic ambo renuntiant juri suo; sed contrarium probabilius judicat, Castropal. cit. n. 8. quia quilibet sine alterius consensu, processit, praesertim in hoc casu erroris, quo divortium credebatur legitimum. Conjugatus autem (matrimonio consummato) nequit valide profiteri sine consensu alterius. Accedit, quod renuntiatio sui juris, in casu talis erroris, nullatenus praesumi possit.

Quæstio est 4. an conjunx, lata sententia divortii ob adulterium dimissus, teneatur innocenti reconciliari, quando cunque is vult; nec interim mutare statum possit. Resp. etsi aliqui negent apud Sanchez l. 10. D. 10. n. 2. Et 10. probabilius tamen affirmari; quia per sententiam divortii, nec innocens, nec nocens plus juris habet, quam jure naturali pariat adulterium; hoc autem nocentem non eximit ab obligatione reddendi debitum, & cohabitandi cum innocente, si ipse velit; alias ex suo delicto per se haberet commodum; excipe, nisi per reditum ad virum, subiret periculum sevitiae, & malae tractationis. Layman. l. 5. sum. tr. 10. p. 3. c. 7. num. 14.

Quæstio est 5. quam diu maneat hæc obligatio in dimisso non mutandi statum? Resp. illam obligationem non mutandi statum permanere, dum subest spes reconciliationis; ita Coninch. D. 35. dub. 5. Concl. 4. n. 26. & Castropal. tom. 5. D. 3. de spons. p. 6. §. 7. n. 2. ubi ponit signa, quibus positae colligi possit; spem illam deficere. Si enim innocens ipse mutaret statum, propter quem ei non liceret cohabitare Uxori, etiam nocens liberaretur; quia tunc reconciliatio fieri non posset.

Quæstio est 6. an innocente religionem ingresso, etiam nocens ingredi teneatur? Resp. negativè; quia textus in c. *Cum his. 4. de convers. conjugat.* ubi dicitur: quod Conjugatus religionem intrare non possit, nisi etiam Uxor ingrediatur, vel nisi suspecta non sit, & continentiam promittat, & in c. *Sanct. 6. eod. ibi; ne Uxoratum praesumatis in Episcopum ordinare; nisi Uxor prius professa continentiam; sacrum sibi*
Ddd 3 velamen

velamen imponat, & religiosam vestem assumat. ac c. significavit. 18. eod. cuius summa habet, quod Uxor professi, quæ dedit viro licentiam proficendi, non compellatur ingredi, si continens est, & non suspecta: illi, inquam, textus, exigentes mutuum conjugum religionis ingressum, loquuntur de casu, quo integra sunt jura matrimonii; secus, quando diminuta sunt per divortium.

1683. Quæstio est 7. an conjuges possint mutare statum post sententiam divortii ob unius scvitiam? Resp. non posse, si restricta sit ad certum tempus v. g. quousque vir dederit signa emendationis, vel præstitit cautionem; quia tunc obstat jus matrimonii: si autem sit absoluta (ut si non sit spes emendationis in conjuge scvo, licet præstitit cautionem) innocentem posse mutare statum, vel suscipiendo ordines, vel ingrediendo religionem, eo modo, sicut posset, divortio celebrato propter adulterium; quia tunc innocens evasit liber ab omni conjugali obsequio thori & cohabitationis; e contra is, qui nocens est, nequit invito innocente mutare statum, exceptis illis casibus, in quibus supra diximus, adulterium posse mutare statum; ita Sanchez cit. l. 10. D. 18. à num. 48. si autem innocens per sententiam divertens à conjugate ob scvitiam, eundem rursus admittat in sui consortium, censetur injuriam sibi factam remittere, & cessat jus, ob illam à thoro, & consortio alterius divertendi.

1584. Quæstio est 8. apud quem, facto divortio, educandi sint liberi prius suscepti? Resp. jure antiquo Codicis, id fuisse permittum arbitrio Judicis, qui communiter arbitrabatur, primo triennio apud Matrem; postea apud Patrem educandos esse, regulariter. *L. unica C. facto divortio.* & *L. nec filium. C. de Patria potestate*: jure autem novo Authenticorum, esse decimum, ut filii alantur apud Matrem, patris expensis, si hic causam dedit divortio; vel e contra. Authent. *Si Pater. C. divortio facto, apud quem liberi morari, & educari debeant.* Sed huic resolutioni adduntur aliquæ limitationes. 1. ut non alantur apud Matrem venientem ad secundas nuptias, licet vir dederit causam divortio; sed patris expensis apud eum,

quem Judex arbitrabitur; Sanchez l. 10. D. 10. n. 4. Layman l. 5. tr. 10. p. 3. c. 7. Si autem mater pauper sit, & minus idonea, spectandum, quod liberis commodius est. Reliqua videri possunt ex Castropalao cit. à n. 3. cum procedant solum lege Regiâ, non jure communi. Ceterum verior sententia est, quæ docet, si Mater culpâ suâ est causa divortii, ejus expensis apud Patrem liberos alendos esse etiam infra triennium, idq; in poenam delicti; ita Layman cit. Denique, si factum sit divortium, vel mutuo consensu, vel utriusque culpâ (ut si ambo de hæresi condemnati sint ab Ecclesiâ) standum est decisioni Authenticorum, nisi aliud Judici videatur. Sed hæc intellige in casu divortii quoad thorum, & cohabitationem. Nam in casu divortii quoad vinculum, alendi sunt liberi expensis utriusque, juxta c. 2. qui filii sint legitimi.

ARTICULUS VI.

An, & qualiter, factio divortio, dos restitui debeat?

Supponendum, varia esse bona, quæ aliquo modo pertinent ad Uxorem. Nam alia sunt dotalia, alia paraphernalia; alia, quæ habet ex donatione propter nuptias, arbâ, morgengebâ, seu donatione matrimoniali, vel sponsalitia largitate: de his aliquid dicemus titulo sequenti; hic de dotalibus, quantum pertinet ad definendam quæstionem hic propositam. Dos hic supponit pro omni eo, quod Marito, ratione matrimonii, ad onera illius sustinenda datur, vel promittitur: dicitur profectitia, si datur ab aliquo ascendente; vel intuitu Patris ab extraneo; adventitia, si ex propriis bonis Uxoris, vel extranei sine respectu ad Patrem. Et quidem, si valor ejus certo pretio taxatur, dicitur dos estimata; si secus, non estimata.

Not. autem 1. valorem dotis taxari posse, vel ad venditionem, hoc est, ut maritus soluto matrimonio teneatur, non rem ipsam, sed ejus pretium reddere; nisi vides quandam venditionem, ac emptio-nem tunc intervenire: vel solum, ut constet de valore dotis, eo nimirum sine, ut, si perderetur mariti culpâ, certum ejus

ejus pretium repeti possit. Not. 2. bona, quæ Uxor jam dotata habet, præter dotem, aut acquirit in suos usus v. g. donatione, jure hæreditario, aut simili titulo, vocari bona *paraphernalia*, seu *paraphernalia*, tanquam præter-dotalia. Et hæc spectant ad capitale Uxoris, ut notat Pereyra in *Elucidario*. l. 3. num. 1685. ex Azor p. 2. l. 12. c. 11. q. 4. & aliis. his præmissis:

1587. Quæstio est 1. penes quem sit dominium dotalium? Resp. 1. quando res *estimata* datur in dotem, ejus dominium transire in virum; hunc autem constitui pretii debitorem L. 1. C. de jure dot. l. 10. C. eod. ubi etiam habetur, eam cum periculo, *deteriorem*; vel, *auctam*, cum lucro viri fieri. Hæc tamen translatio dominii fit solum, si præcessit, vel secutum est matrimonium, ut dicitur *cit. l. 10. §. 4.* advertendum tamen. 1. in dubio, num *estimatio* facta sit ad venditionem dotis? nisi aliud habeat consuetudo loci, præsumptam eo modo, quo communiter solet inter ejusmodi contrahentes; & si *estimatio* ex circumventionem facta sit inique, licet non ultra dimidium, favore dotis ad æqualitatem reducendam esse, per L. 6. §. 2. eod. 2. et si res dotalis, *estimata ad venditionem*, transeat in dominium viri, transire tamen sic affectam, seu vincularam, ut Uxor in illis vindicandis, omnibus aliis creditoribus, etiam anterioribus, & hypothecariis, præferatur in casu, quo soluto matrimonio restituenda est dos, non extantibus aliis bonis, seu dotis pretio, in bonis mariti; quod verum est, etiamsi dos fuerit inæstimata, ut expressè dicitur. L. 30. C. eod.

1588. Quæstio altera est, quis ex conjugibus habeat dominium dotis, vel inæstimatæ, vel etiam *estimatæ*, sed non ad venditionem? ante resolutionem notandum, dominium aliud esse civile, quod non ex jure communi, sed singulari, ac legis dispositione, seu quâdam fictione competit, quoad ceteros tantum affectus; aliud naturale, quod ex jure communi; quo posito, ad quæstionem. Resp. 1. dominium dotis saltem civile, competere marito. Nam interdum accidit, ut *quæ est dominus rei, alienare non possit*; ut dicitur in *Instit. §. quibus alienare licet, vel*

non, consequenter, ut non habeat dominium rei naturale; *dotale autem prædium maritus, inquit à muliere, per legem Juliam prohibetur alienare*, ut ibidem dicitur; ergo ejus dominium naturale non habet: quia tamen habet ad certos quosdam usus, habebit saltem dominium civile.

Resp. 2. etiam dominium naturale 1589. dotis *estimata* cum venditione transire in maritum, si constent pondere, numero, & mensurâ, ut dicitur. L. 42. ff. de jure dot. quia *mariti periculo sunt, & in hoc dantur, ut eas maritus ad arbitrium distrabat*, & quandoque soluto matrimonio ejusdem generis, & equalitatis alias restituar. Resp. 3. naturale dominium dotis in re inæstimata, vel etiam *estimata* sine venditione, probabilius spectare ad Uxorem, ex L. 10. rebus. C. de jure dot. ubi dicitur, *res dotales ab initio Uxoris fuisse, & naturaliter in ejus permansisse dominio*; causâ ibidem redditâ quia, quod legum subtilitate, *transitus earum, in patrimonium mariti, videatur fieri, ideo rei veritas, vel deleta, vel confusa est*; quo textu Imperator insinuat, non dominium tantum civile, dotem reprehendi solum soluto matrimonio, sed *naturale* permansisse penes Uxorem, aliâ enim non *indefinitè* id pronuntiasset:

Quæstio est 3. ad quem spectent fructus percepti ex dote constante matrimonio? 1590. Resp. quod ad maritum, licet onera matrimonii, si ea sustineat, excedant. 1. ex L. 10. ff. de jure dot. ibi: *fructus dotis ad maritum pertinent*. 2. L. unic. §. *Cumq;* ex stipulatu. C. de rei Uxoræ actione, ibi: *omnia, quæ fructuum nomine continentur, ad lucrum mariti pertineant pro tempore matrimonii, sive estimata, sive non estimata sint*; & alibi.

1591. Quæstio est 4. penes quem sit dominium bonorum paraphernalium? Resp. nisi tradantur iustar dotis, pleno jure esse penes Uxorem, ex L. 19. ff. de jure dot. & L. fin. C. de pactis conventis, ubi omnia comprehensa sunt accuratè, ibi: *sancimus, ut si quid tale evenerit, actiones quidem omnimodo apud Uxorem manere; liceat autem marito dari, eisdem actiones movere, apud competentes Judices, nulla inhibitione ab eo exigenda; & usu.*

Ufusuram quidem earum circa se, & Uxor-
rem expendere: pecunias autem sortis, quas
exegerit, servare mulieri, vel in causas,
in quas ipsa voluerit, distribuere. Et si
quidem in dotali instrumento hypotheca pro
his nominatim à marito scripta sunt, his
esse mulierem, ad cautelam suam, conten-
tam. Circa quam legem not. cum Imper-
atori hæc quæstio de dominio parapher-
nalia proposita fuisset, respondisse cum
distinctione, & quidem, si Uxor ea bona,
vel omnia sua, seu foeneratitias cautiones,
quæ extra dotem sunt, marito dederit,
ut loco paraphernorum apud maritum
maneant, & hoc dotali instrumento fue-
rit adscriptum, Sancimus, si quid tale
evenerit &c. ut supra. Si autem minimè
hoc scriptum invenitur, ex presenti no-
stra lege habeat hypothecam, contra res ma-
riti, ex quo pecunias ille exigit.

1592. Ex hac dispositione colliges, si Uxor
bona paraphernalia tradat marito, non
tamen, ut ipsius fiant, maritum habere
solum jus administrationis eorum, revo-
cabile ad libitum Uxoribus, ut dicitur in ea-
dem lege, ibi: ante enim (si non sit in-
scriptum instrumento dotali, ut ea bona
viro tradita, penes ipsum maneant, &
administrentur) habet ipsa mulier facul-
tatem (si voluerit) sive per se, sive per
maritum, vel alias personas, administra-
tionis: Si autem sic tradantur, ut fiant
ipsius civiliter, sequuntur naturam do-
tis, hæc tamen limitatione, ut maritus
fructus non in suam solius, sed, suam,
& Uxoribus utilitatem, vel causas, in quas
Uxor voluerit, expendat; his præmissis:

§. I.

An factò divortio propter adulte-
rium dos rejecto restitui
debeat?

1593. Ante resolutionem supponendum. I.
varia esse bona conjugum, præter do-
talia, & paraphernalia, de quibus quæri
potest, an conjunx, propter commissum
adulterium ab innocente rejectus quoad
thorum, & cohabitationem, etiam ea per-
dat? Talia sunt donatio propter nuptias,
dotalitium, morgengeba &c. Primam
Uxoribus adulteræ pœnam esse, amissionem

dotis, habetur in c. Plerumq. 4. de donat.
inter Virum & Uxoribus; ibi: si mulier ab
causam fornicationis, iudicio Ecclesiæ, aut
propria voluntate, à viro recesserit, nec
reconciliata postea sit eidem, dotem vel do-
talitium repetere non valebit: ex quo textu
Doctores cum Gonzalez in cit. c. Plerumq.
num. 8. communiter deducunt hanc al-
sertionem, quod mulier, propter adulte-
rium, à viro separata, amittat dotem.
Et ideo consuetudo, quæ mulier, post
commissum adulterium, nihilominus exi-
gebat medietatem bonorum, quæ fuerat
vir adeptus, tanquam consuetudo abusi-
va, negatur observanda. c. Ex parte. 10. de
consuetud. Sed & Uxoribus reddenda dos est
ob adulterium mariti iuxta c. 1. Ut litens
contestat; ubi Wagnereck ex Panormit.
in cit. c. 1. num. 6. observat, etsi iuxta hoc
c. 1. causæ verè, ac directè matrimoni-
les (quæ scilicet ipsum vinculum conju-
gale concernunt) summarie tractari de-
beant, & ideo inter causas summarie
tractandas referantur per Clement. 2. de
Judic. tamen, ubi matrimonium indire-
ctè, solum ad separationem thori, vel
dotem reddendam, impeditur, servandum
esse ordinem iudicii plenarium, ut constat
ex ipso textu.

Not. autem. I. dotem, ex divortio
propter adulterium amissam, innocenti
accrescere, si Reus vel spontè ab innocente
recessit metu pœnæ propter commissam
fornicationem, vel iudicio Ecclesiæ, nec
ei reconciliatus est, ut statuitur in c. Ple-
rumq. Et hoc aliqui extendunt ad ca-
sum adulterii Uxoribus etiam putivæ; ubi
scilicet propter latens impedimentum,
matrimonium nullum est. Covarr. p. 2.
de sponsal. c. 7. §. 6. num. 1. Jul. clar. §. ad-
ulterium num. 14. etsi enim absit coactus
injuriam in re, non absit tamen in affectu
adulteræ, sufficienter manifestato, ut
subiaceat pœnis juris humani. Sed hoc
limitat Sanchez cit. l. 10. D. 8. num. 7. ut
procedat, si tale matrimonium in facie
Ecclesiæ celebratum sit, & viro, obtenta
sententiâ, dos applicata sit propter reg.
Res iudicata. ff. de Reg. juris: secus, si
ante sententiam; quia, cum verè non
fuerit adulterium, viro contra mulie-
rem, quæ matrimonii nullitatem allegat,
pro jactura dotis, sententia non dabitur.

1195. Not. 2. amissioni dotis, facto divortio propter adulterium, non esse locum, 1. si Reus innocenti reconciliatus sit, ut constat ex c. Plerumque, ubi ea poena statuitur adulteræ, si nec postea (nimirum post divortium) est reconciliata eidem. 2. si etiam alter commisit adulterium; tunc enim fit compensatio juxta supra dicta num. 1526. Et ideo tali casu adulteræ conceditur actio ad dotem recuperandam; quia lucrum, quod accrevit innocenti, ex alterius delicto, sublata viri innocentia, per similem adulterii lapsum, quo ad jus retinendi, cessat, saltem eo casu, quo de hujus etiam lapsu constat.

1196. Not. 3. amissioni dotis non esse locum in casu, quo mulier per vim præcisam oppressa est ex num. 1537. quia sic abest culpa, consequenter non est locus poenæ; secus, si per vim solum conditionalem, seu per metum extortâ copulâ, juxta num. 1528. sed juxta limitationes ibid. positas. Et hoc (quod amissioni dotis non sit locus, propter alterius adulterium) universaliter tenendum, quoties non sufficit ad celebrandum divortium, de quo dictum est à num. 1525. Et. V. Sanchez l. 10. D. 5. à n. 23.

1197. Not. 4. in questione, an conjunx admittens actus libidinosos, ractus, oscula, etiam animo perveniendi ad adulterium, eo tamen non secuto, præbeat sufficientem causam divortio, & dotis amissioni? præsertim, si alterius fama inde graviter sit læsa? Resp. complures apud Sanchez cit. D. 4. à num. 11. affirmant; sed negativa, quam tenet Sanchez num. 12. Covar. p. 2. de spons. c. 7. §. 6. à num. 26. & alii, probabilior est. Quia divortium, consequenter dotis amissionem unice fundat voluntaria carnis divisio in aliam, cum alterius conjugis injuria. Nam ratione hujus directe opponitur fidei conjugali, cujus violationem punit jus, separatione à thoro, & dotis amissione; poena autem delicto consummato imposta, ad solam ejus attentationem, extendi non debet, per L. sepe ita. ff. de verb. signific. Et quamvis injuria, per adulteram, viro facta, sit causa, propter quam soli ma-

rito conceditur accusatio criminalis; non rectè tamen extenditur ad præsentem casum, 1. quia nondum habetur divisio carnis in aliam, prout ibi. 2. quia injuria, quæ viro fit per actus Uxoris libidinosos, est infra injuriam, quæ fit per ejus adulterium. Ex hoc autem, quod vasallus amittat feudum ob injuriam illatam domino directo, turpiter tangendo ejus Uxorem; (per L. 1. §. 1. quibus modis feudum amittatur) non rectè fit illatio ad amissionem dotis propter ejusmodi libidinosos actus 1. quia jactura dotis Uxori tollit proprietatem; jactura feudi, vasallo solum jus utile. 2. quia ille actus expressè numeratur inter justas causas à jure expressas, amittendi feudum, ut constat ex loco cit: at actus isti, de quibus est quaestio, non numerantur inter justas causas divortii, & consequenter amittendi dotem, ut videri potest L. consensu. C. de Repud. & auth. ut liceat matrimonium. §. prædictis itaque, collat. 8.

Ceterum, etsi verum sit, quod uno prohibito, etiam reliqua censentur prohibita, per quæ venit ad illud, ut colligitur ex c. Nam concupiscentiam. 4. de constit. ut exposuimus supra; fallit tamen, quod illud, & istud; eadem poenâ puniatur, nisi cum lex poenalis poenam expressè imponit delicto etiam solum attentato, ut monuimus alias, ex L. sepe ita. Et ideo etiam negatur, quod statutum puniens in termino, censetur etiam punire in via, ut quidam volunt cum Baldo in dist. c. Nam concupiscentiam. tum quia commune illud, ubi eadem est ratio, ibi idem est jus, in poenalibus locum indefinitè non habet, ut dictum est h. tit. 2. de Constitut. quia poene imponenda non sunt, nisi in casibus à jure expressis. Auth. de non eligendo secundò nubentes. §. cum igitur, collat. 1. & Sanchez l. 10. bre. D. 5. num. 3. expressè dicit, verius esse, legem poenalem, ex identitate rationis, ad casum in ea non contentum, non esse extendendam: tum quia sic in poenalibus argumentum fieret à majori ad minus, quod apertè est absurdum.

1198.



§. 2.

An Uxor adultera, facto divortio, amittat bona parapherna?

1599. Affirmativam sequitur Gloss. in c. Plerumq. V. *dotalitium. de donat. inter virum & uxorem*; Julius Clarus lib. 5. *sentent. §. adulterium. num. 15.* dicens: esse communem sententiam; & alii; sed rectius, & probabilius negatur. Ratio illorum est ex cit. c. Plerumq., ubi expressè dicitur, quòd adultera, vel spontè, metu pœnæ ob admittam fornicationem, vel per sententiam separata à viro, nec reconciliata, non possit repetere dotem, vel *dotalitium*, ubi per hoc intelligi volunt *parapherna*. Verùm, *dotalitium* non significat bona parapherna, sed donationem ad nuptias; ac, ut notat Sanchez l. 6. hic D. 1. num. 1. idem est, ac *sponsalitia largitas*, quæ fit à Sponso Sponsæ ob spem futuri matrimonii; ergo ex eo textu non probatur, adulteram facto divortio perdere bona parapherna; cum hæc non nisi valde impropiè veniant sub nomine *dotalitii*, & in pœnis verba strictè accipienda sint. Cæterùm magis placet expositio, quæ per *dotalitium* intelligit donationem, non ad, sed propter nuptias, de qua n. seq. ut etiam inlinuat ibidem Sanchez cit. & sequitur Engl in Coll. Juris Can. lib. 4. Tit. 20. num. 15. hinc rectius omnino dicitur, Uxorem, securo divortio, causâ adulterii, præter dotem non amittere bona sua parapherna, nec sponsalitiæ largitatem, ut dicemus infra; sed donationem propter nuptias, eo cap. *dotalitii* nomine significatam; de quo loquitur c. *plerumq.*

§. 3.

An Uxor propter adulterium viri, securo divortio, lucretur donationem propter nuptias?

1600. Per donationem propter nuptias hic cum Haunoldo tom. 1. tr. 4. num. 346. intelligimus contra dotem in assurationem dotis; & videtur esse id, quod Pragmatici vocant *doarium*, seu pars bonorum mariti, ex consuetudine, vel conventio-

ne mulieri assignata, ut eam pro dote habeat obligatam, & post mortem mariti eam lucretur quoad proprietatem, vel usumfructum. Advertendum autem, naturale dominium contra dotis manere penes maritum; sicut diximus, naturale dominium dotis manere penes Uxorem, si viro eam non dedit ad emptionem; civile autem (ita, ut illi rei vindicatio competat) probabilius penes Uxorem, ut colligitur ex *Novella. 61. ut immobilia ante nuptialis donationis*; ubi cavetur, ut *immobilia ante nuptialis donationis, nec hypotheca dentur, nec omnino alienentur à viro, ne quidem consentiente Uxore, nisi postea fieri possit Uxori satisfactio*. Causa redditur, ne illi exinde fiat omnibus modis inadibilis vindicatio, aut difficultas. Etsi autem verum sit, quòd Uxor, ratione dotis, habeat tacitam hypothecam in bonis mariti, vi cujus præferatur reliquis mariti creditoribus, licet anterioris sit temporis privilegio vallati. L. 12. §. 1. C. qui potiores in pignor. licet habeant hypothecam etiam expressam (nam creditor, cujus pecunia res empta, vel reparata est, præcedit alios creditores, habentes hypothecam expressam, ex L. 5. ff. qui potiores; & L. 7. C. eod.) Uxor tamen vitæ hypothecæ, ratione suæ dotis, præcedit creditorem, cujus pecunia res empta, vel reparata est, ut expressè dicitur in *Novell. 97. c. 3.* ubi Imperator ad hanc quæstionem respondens ait: *plurimum super his cogitantes, non invenimus, mulierem justè existentem, cedere alicui tali privilegio*; ergo mulier vitæ hypothecæ, ratione dotis, præcedit alios Creditores etiam habentes hypothecam expressam. Nam si vinco vincentem te, multò magis te vincere debeo pat. L. 14. §. 3. ff. de divers. & temporal. præscript.

At licet verum sit, quòd Uxor, vitæ hypothecæ, ratione dotis, præferatur omnibus Creditoribus mariti, etiam anterioris temporis privilegio vallatis, ac etiam expressam hypothecam habentibus; id tamen fallit in tribus casibus. Primus secundum aliquos est in expensis funeralibus. Nam causa funeris præferatur causæ dotis

ne contra omnem humanitatem cadavera insepulta jaceant. *L. 45. ff. de Religiosis, & sumpt. fun.* Secundus, si *Primipilus* (seu Centurio, & annonæ inter milites distribuendæ Præfectus) qui ratione numeris sui obligatur Fisco, conveniatur ratione malæ administrationis. Nam in hoc casu Fiscus præcedit causam dotis; quia non tantum res Primipili, sed etiam dos Uxoris ex primipilari administratione obligantur tacite Fisco per *L. 4. C. in quibus causis pignus tacite contrahatur*. Tertius est, quando cum Noverca concurrunt liberi prioris matrimonii in exactio-
ne dotis. Nam præferuntur Novercæ habenti pariter hypothecam tacitam, ratione dotis, in bonis mariti. *L. 12. C. qui potiores. §. 1. Vers. Exceptis*. Unde, quando *L. unic. C. de privilegio dotis*, dicitur, privilegium dotis, quo mulieres utuntur in actione de dote, *ad heredem non transire*, intelligitur de extraneo; non autem, de descendenti-
bus, ut clarum fit ex *cit. L. 12. junct. Gloss.*

hypothecam expressam esse ab homine; non autem à lege; his præmissis:

Resp. ad quaestionem initio propo-
sitam, quod Uxor omnino, propter viri adulterium, non tantum recuperet dotem, sed etiam lucretur donationem propter nuptias, ut habetur *L. consensu. §. Si qua igitur*; & *§. Si verè causam. C. de Repudiis. Authent. Ut liceat mariti. §. quia plurimas*. Hoc tamen intellige, ut, si Uxor, & maritus habent liberos ex eodem, vel alio matrimonio, nec maritus lucretur dotem, nec Uxor donationem propter nuptias; sed ista reserventur liberis adulteræ post mortem Uxoris; viro, dum vivit, habente usumfructum, spectato jure communi, ut bene probat *Bart. lib. 2. p. 1. num. 62. ff. Solutio matrimonii*.

§. 4.

An, lite divortii pendente, teneatur vir Uxori præstare alimenta?

Resp. Secundum aliquos virum te-
neri alimenta præstare Uxori adulteræ, etiam factâ thori separatione, quia non desinit esse Uxor; sic *Jul. Clar. lib. 5. §. adulterium. Vers. factò autem*; secundum alios, si vir rejecit eam propter adulterium non notorium; sic *Rosella. V. divortium. num. 11. Tabiena. q. 11. num. 12. & alii*; secus, si propter notorium: ita *Surdus de aliment. t. 1. q. 118. num. 5. §. t. 7. à q. 16*. Cæterum, in foro externo, ante sententiam, de mulieris adulterio, sicut non permittitur ei vir negare conjugale obsequium, sic nec negare alimenta, & expensas litis. Quia, licet innocens propter adulterium alterius possit nocentem privare omni jure maritali, factò divortio per sententiam, cum tamen ea privatio sit poena, & hæc petat sententiam, saltem declaratoriam criminis in foro externo, ut docet communis cum *Sanchez. l. 10. D. 8. num. 13*. non poterit ei, pendente lite, necessaria justè negare.

Nec obstat, quod Uxor non possit
repetere dotem, si spontè recessit à viro,
metu poenæ ob fornicationem à se com-
missam; vel vir, ubi notorium est adul-
terium, possit eam, propriâ autoritate,
expellere. Nam ex hoc non sequitur,
Ecc 2 virum,

1602. Nec etiam obstat, quod privilegia
personalia non transcant ad heredes, etiam
liberos. Nam hoc intelligitur de his, quæ
personæ conceduntur ratione sui præcisè;
non, quæ intuitu liberorum; Quia, licet
beneficium competentia simpliciter ne-
geat heredibus. *L. 12. ff. Solutio*; intelli-
gitur tamen solum de extraneis, non autem
de liberis, seu descendenti-
bus, ut colligitur *L. 18. ibid. & Gloss. in cit. L. 12. V. Hæredi. quod exponit, de hærede extraneo*;
non, suo.

1603. Ex his colliges, quando *L. 79. C. de
jure dotium* dicitur, mulierem propter
tacitam hypothecam ratione dotis, ita
posses (mariti) vindicare, vel à credi-
toribus posterioribus, vel ab aliis, qui non
potiora jura, legibus, habere noscuntur,
per habentes potiora jura non intelligi ha-
bentes hypothecam expressam; sed, cau-
sam Primipili, cum reliquis duobus casu-
bus *num. 1601*. Et ratio est, quia hypo-
theca legalis, per multos, est tantum ta-
cita; ergo si mulier postponi deberet ha-
bentibus legalem hypothecam, postponi
deberet etiam habentibus hypothecam ta-
citam, quod non admittitur; præter-
quam quod ex contrariis aliqui sentiant,

virum, pendente lite super divortio, non teneri ad alimenta Uxoris, sed tantum, quod, Uxori repetenti dotem, possit opponere exceptionem adulterii, ac se in manutatione dotis tueri, dum sententia subsequatur. Et ideo, si Uxor possideret ea bona, quibus ob adulterium per sententiam privanda foret, non obligaretur ante sententiam illa viro cedere; imò, si ante sententiam vir in adulterium laberetur, is amitteret jus, illi dotem repetenti, exceptionem adulterii opponendi, & dotem retinendi; cum hic sit locus compensationi delictorum ex dict. à num. 1526. & ibi restitutio, utpote poena, pendeat à sententia.

1607. Illud etiam hic annotandum videtur, quando quaeritur, ad quem Judicem spectet quaestio de alimentis Uxori præstandis tempore sequestri, ac pendente lite, an separatio thori nitatur justà causa? responderi cum Joan. Bapt. de Luca l. 14. p. 2. de matrimon. discursu II. num. 6. spectare ad Judicem Ecclesiasticum. Sic enim est causa dependens, & consecutiva, spectans ad eum Judicem, ad quem pertinet quaestio de separatione thori ex dictis supra; etsi aliàs verum sit, mulieri non competere actionem repetendi dotem, & alimenta ex causa separationis, nisi separatio sequatur ex culpa viri; sic ille cum Barbosa, qui aliàs in hac materia est acerrimus defensor Laicalis jurisdictionis. Uno tamen casu num. 9. citatus de Luca, concedit Judici Laico posse desuper manus opponere; nimirum ubi agitur de alimentis provisionalibus; donec per Rotam, vel Judicem Ecclesiasticum desuper provideatur, ne ob loci distantiam, ac temporis intervallum, quod de naturaliis est necessarium, in hujusmodi provisione, à proprio Judice facienda, mulier interim alimentis careat. Cæterum pendente lite super justitia divortii, semper decedit Judex Ecclesiasticus circa consecutiva, & dependentia præstationis alimentorum, ac restitutionis dotis, Judice laico gerente solum munus executoris, seu impertiendo brachium.



ARTICULUS VII.

De divortio, seu dissolutione matrimonii quoad vinculum conjugale?

Multis modis hæc dissolutio fieri posse dicitur, 1. professione Religiosa. 2. Pontificis auctoritate. 3. conversione infidelis conjugis ad fidem Catholicam. 4. per libellum Repudii. 5. auctoritate Ecclesie, cum nulliter contractum est. Cæterum matrimonium ex primæva institutione sua esse jure divino indissolubile, saltem mutuo conjugum consensu, communis tenet; & licet ratum duntaxat sit, extra illos casus, de quibus hic, nunquam; saltem loquendo de matrimonio fidelium.

§. 1.

De divortio quoad conjugale vinculum, per professionem religiosam.

Quaestio est, an matrimonia fidelium solvantur quoad conjugale vinculum per professionem solemnem in Religione per eundem Apostolicam approbata? Resp. affirmativè, si sint rata tantum, non autem si consummata, ut dictum est à n. 444. hæc porro vis dictæ professioni non inest jure naturali, vel divino, sed probabiliter merè Ecclesiastico, secundum dicta à num. 445. Et ideo conjuges primo bimestri, & post ritè contractum matrimonium non tenentur ad reddendum sibi mutuo debitum, habentque jus eorum tempore, matrimonio non consummato, transeundi ad statum regularem ex num. 464. & quamvis per copulam, vi expressam, amittant jus ex privilegio nascens pro capeffendo statu regulari; cum matrimonium etiam per illam evadit consummatum ex num. 467. ex alio tamen capite sic oppresso licet ad religionem convolare per num. 466. Plura de hac materia V. à num. 461.

§. 2.

De divortio quoad conjugale vinculum per auctoritatem summi Pontificis.

Quaestio procedit de matrimonio fidelium, rato tantum, an auctoritate summi Pontificis

Summi Pontificis ex legitima causa dissolvi possit quoad vinculum conjugale? nam, consummatum nullâ etiam summi Pontificis autoritate solvi posse, definitum est à Trid. Sess. 24. de matrim. Can. 5. ibi: si quis dixerit, propter heresim, aut molestiam cobabitationem, aut affectatam absentiam, à conjugè dissolvi posse matrimonii vinculum, anathema sit; & Can. 7. ibi: si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum docuit, & docet juxta Evangelicam, & Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius conjugum matrimonii vinculum, non posse dissolvi, & utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse altero conjugè vivente aliud matrimonium contrahere: mœchariq; cum, qui dimissa adulterâ, aliam duxerit, & eam, quæ dimisso adultero, alii nupsit, anathema sit. cujus ratio est, quia matrimonio consummato conjuges efficiuntur una caro, ut dicitur c. Agathosa 27. q. 2. ubi Adrianus Papa sic loquitur: *cisi mundana lex præcipit, conversationis gratia, utrobet invito posse solvi conjugium; divina tamen lex fieri non permittit.* Nam exceptâ fornicationis causâ, viro Uxorem dimittere nullâ ratione conceditur: quia postquam copulatione conjugii, viri atq; mulieris unum corpus efficitur, non potest ex parte converti, & ex parte in seculo remanere. item c. verum. 2. de convers. conjugat. ubi dicitur, contracto matrimonio, sed nondum consummato, licitum esse alteri, altero etiam repugnante, eligere monasterium; quia, cum non fuissent una caro simul effecti, satis potest unus ad DEUM transire, & alter in seculo remanere: matrimonio autem consummato per corporum commixtionem ex institutione Christi, propter perfectam significationem unionis Verbi cum natura humana; & per hujus assumptionem cum Ecclesia, sicut ipsi dictæ unioni, annexa est omnimoda insolubilitas per humanam potestatem; juxta illud, Matth. 19. quod DEUS conjunxit, homo non separet: ergo. Procedit igitur tota quæstio de matrimonio tantum rato, in qua quæstione prima sententia affirmat, matrimonia fidelium rata tantum, autoritate summi Pontificis omnino dissolvi posse, ex causa legitima, etiam quoad ipsum vinculum conjugale; altera, quæ negat:

utriusq; sententiæ fundamenta in sequentibus referemus.

§. 3.

Proponitur sententia affirmantium.

Prima igitur sententia, quam probabilissimam vocat Castropalaus P. 5. D. 3. de Sponsalibus, p. 2. §. 2. est affirmantium, Pontificem ex justa causa posse dispensare in matrimonio fidelium rato tantum, etiam quoad vinculum conjugale; ita tenet Sanchez lib. 7. hic D. 74. num. 11. Pirhing. de sponsal. num. 142. & complures alii, ex quibus Innocentius in c. Ex publico. 7. de Conversione conjugat. num. 14. Anton. de Butrio ibid. num. 16. cum Ancharano num. 9. Panormitan. 14. S. Antonino. p. 3. tit. II. c. 21. Navarro in Manuali c. 22. num. 21. Sylvestro. V. divortium, q. 4. Suarez tom. 3. de Relig. l. 6. c. 17. num. 21. Lessio lib. 2. de Jus. c. 40. num. 146. &c.

Accedit Gobat in Theologia Experiment. tr. 10. num. 691. dicens: contrarium sine sedis Apostolicæ contumelia defendi jam non posse, postquam in ejusmodi conjugii dispensatum est à Paulo III. & Pio IV. ter quaterve ad instantiam unius Navarri, ut loc. cit. ipse refert: à Gregorio XIII. unâ die, undecim ejusmodi conjugiorum vincula relaxante, teste Henriquez lib. II. cap. 8. num. II. in Glossa lit. F. & ab Innocentio X. præmissâ accuratâ causæ discussione cum homine plebejo, & absque causa bonum publicum spectante, apud Gobat loc. cit. & à quatuor aliis summis Ecclesiæ Antistitibus, à Diana p. 8. tract. I. resolut. 62. §. & tandem, relatis quos, in re tam gravi, erroris & ignorantia juris Divini arguere, temerarium non immerito censet Valentia. 3. p. disp. 10. q. 1. puncto. 7.

Affirmantium doctrina sequentibus fundamentis nititur. I. quod summi Pontifices in matrimonio, rato tantum, sæpius dispensaverint, ut constat ex Gobat cit. dicere autem eos citra legitimam potestatem processisse, iniquum foret, & omnino temerarium. 2. quia potestas Papæ, in iis præsertim, quæ publicum Ecclesiæ, & animarum bonum concernunt, extendenda est, quantum potest; hoc ipso, quod

quod ipsi Ecclesiæ, & animarum gubernationem commissam, & quæ ad hanc exercendam necessaria, & valde proficua est, potestatem à Christo plenè traditam conficit ex verbis, *Pasce oves meas*. Joan. 21. & *tu es Petrus &c. quodcumq; ligaveris, & quodcumq; solveris super terram &c.* Matth. 16.

1614. Tertiò, Pontifici potestatem in votis, ac juramentis ex justa causa dispensandi cum cæteris DD. indubitatè tribuunt etiam Pontius, l. 8. cap. 4. num. 2. & Castropalaus tract. 15. Disp. 2. p. II. à num. 2. Cum ergo dissolutione matrimonii, solùm rati, gravia Ecclesiæ mala impediri, ejusque, & animarum bonum promoveri possint: ex eaque non sequantur absurda, quibus obnoxia esset dissolutio matrimonii consummati, illud solvendi potestas Papæ non est perneganda; maximè cum Papa dispensare valeat in solenni voto religionis, ut cum plurimis, & præcipuis Theologis & Jurisconsultis (& hos inter Covarruvia, Guttierrez, & aliis oppositæ sententiæ assertoribus relatis) docet Sanchez lib. 8. Disp. 8. num. 6. & variis ejusmodi dispensationum exemplis illustrat Barbosa in c. cum ad Monasterium. 6. de statu Monach. num. 13. ergo etiam, & multò magis, in matrimonio rato; arg. Regulæ, *si vincio vincentem te, à fortiori vincam te*: quam tradit Glossa in L. in accessionibus 14. ff. de divers. temp. præscript. Votum enim solenne fortius est matrimonio rato; cum illud hoc solvat ex c. verum; & c. ex publico cit.

1615. Nec obstat, quòd ejusmodi votum non sit Sacramentum, sicut est matrimonium baptizatorum; quia omnimoda insolubilitas matrimonii non provenit præcisè ex ratione Sacramenti; cum, quatenus Sacramentum est, non habeat effectum indelebilem, scilicet characterem: & ut dictum est, solvi possit professione religionis; sed, ex institutione divinâ, & perfectâ significatione vinculi insolubilis inter Christum, & Ecclesiam, quam baptizatorum matrimonio consummatio affert. Quam ob causam verba Christi: *quos DEUS conjunxit, homo non separet, &c.* quæ de uxore, exceptâ fornicationis causâ, non dimittenda subjiciuntur, de matrimonio consummato intelligenda monet Alexander III. c. ex publico cit. in fine.

Quartò; quia matrimonium ratum nec ex ratione contractus, nec ex ratione Sacramenti est omni humano jure insolubile. Nam matrimonia infidelium sunt contractus, & solvi possunt favore fidei; & matrimonia fidelium, sunt Sacramentum, & solvi possunt professione religiosâ ex num. 1615. Denique vinculum matrimonii spiritualis Pontifex potest dispensare in professione religiosa, ut docet communior, veriorque sententia; ergo etiam in matrimonio rato tantum, quod est illo infirmius; cum hoc per eam dissolvatur, ut constat ex c. desponsationem c. decreta legalia, 27. q. 2. c. Ex publico. & Ex parte tua. de Convers. conjugat. Extrav. antiquæ, Joannis 22. de voto.

Quintò, si vera foret, vel etiam probabilis sententia, negans, id licere Pontifici, verum quoque foret, aut saltem probabile, tot Pontifices non habuisse in materia tam gravi, qualis est Sacramentorum, infallibilem Spiritus Sancti assistentiam, sed turpissimè hallucinatos fuisse, actus faciendo invalidos, ac illicitos; quod asserere absurdissimum est. Neque per hoc excusantur Pontifices, quòd autoritatem plurimorum DD. hanc dispensandi facultatem ipsis concedentium, secuti fuerint: si enim probabile est, quòd ratum matrimonium dissolvere non possint, prout vult sententia negans, tum solùm sequitur, quòd non soli Pontifices erraverint, sed etiam DD. quorum autoritate nitentur; sicque quòd illi non habuerint infallibilem Spiritus Sancti assistentiam.

Sextò, in dubio, an aliquid à superiore, præsertim summo Pontifice factum, liceat, aut valeat? pronuntiandum est pro facto superioris, non tantum licite; sed etiam valide; sed complures summi Pontifices in matrimonio rato tantum cum fidelibus dispensarunt; ergo de hoc facto pronuntiandum erit, id non tantum licite, sed etiam valide, atq; adeo ex legitima potestate sibi competente à summo Pontifice factum esse. Ma. ex eo est, quia sicut, licet dubium sit (imo licet probabile sint utrinq; sententiæ) an res, quam possidet Petrus, sit ejus, an Pauli? suppositâ tamen Petri possessione, absolutè verum est, dicere, quòd illam validè & licet.

heicē retineat Petrus, donec clarē doceatur esse Pauli: Sic & in nostro casu discurrendum; licet enim, præsciendū ab omni facto superioris, probabile fore utrinque, posse, v. g. validē dispensare & non posse; supposito tamen maturo superioris facto, absolutē verum est, dicere, superiorem validē dispensare, donec ostendatur contrarium; quod enim præstat in primo casu possessio, hoc in secundo præstat factum superioris, pro quo non minus stat præsumptio, quam pro possessione. Min. etiam constat ex num. 1611. & testimonio D. Antonini apud Sanchez afferentis, se Bullas Martini V. & Eugenii IV. vidisse; Navarri, afferentis, ad suam petitionem Paulum III. & Pium IV. dispensasse; Gobatii, qui septem Pontificibus, apud Dianam recensitis, addit Innocentium X. qui post longas, acresque inter Theologos de hac potestate concertationes dissolvit ratum matrimonium vulgaris cujuspiam opificis nullā Magnatum gratiā suffulti, & quidem absque causa bonum publicum concernente.

1619. Hæc confirmari possunt ex P. Matthæo de Moja tract. 1. de opin. probab. c. 9. à num. 27. ubi ait: quando circa rem, quæ est juris divini, duæ dantur sententiæ probabiles, quarum altera negat Pontifici potestatem validē dispensandi, altera vero concedit, si Pontifex post adhibitam maturam utriusque sententiæ considerationem, præviumque Theologorum examē diligens, & accuratum, ac auditis Cardinalium votis, se ad unam partem determinat, alterutram amplectens sententiā, canonizata manet hæc Pontificis determinatio, & ad eum certitudinis gradum ascendit sententiā, quam amplectens est, ut contraria nullam amplius habeat probabilitatem.

1620. Horum ratio est; quia dispensatio in simili casu vim habet statuti; sicut ergo, si post maturum consilium Pontifex statueret, ac voce definiret, licere sibi dispensare, necessariō standum foret huiusmodi statuto; Sic etiam standum erit accurately ejusdem facto. Atque hanc doctrinam dudum antè docuit Sylvester in summ. v. votum. 40. num. 5. ubi loquens de dispensatione in voto solenni

castitatis (quam à Pontifice concedi posse negat) in in fine num. cit. dicit: quod, si faceret (id est dispensaret,) Papa, ut Papa, hoc est, ut caput utens adutorio membrorum, consultando factum, & faciendo quod in se est, ut sciat veritatem, tali determinatione (dispensationi v. g. ad quam se determinavit) standum esset necessariō. Unde Veracruz in speculo. 2. part. art. 27. cum D. Antonin. Cajet. Armilla, & aliis apud Mojam sic scribit: de Pontificis potestate, postquam dispensavit, dubitare (multoque magis contrarium docere) instar sacrilegii est. Effert enim Christo Domino quasi exprobrare, quod non fatis Ecclesiæ suæ providisset.

§. 4.

Proponitur sententia negantium.

Pro hac sententia referuntur, eam 1621. tenentes Scotus in 4. dist. 31. q. 1. & S. Bonaventura ibid. dist. 27. art. 3. q. 2. quos Turrecremata in can. sunt qui dicant. 27. q. 2. art. 3. num. 5. Alexand. de Nævo in c. Tuas. 5. de spons. duor. num. 14. Covarruvias cit. cap. 7. §. 4. num. 13. Gutierrez cit. cap. 17. num. 12. & præter alios VV. ex RR. secuti sunt Pontius lib. 9. de matr. cap. 5. num. 3. & Castropalaus P. 5. D. 3. de Sponsalibus, p. 2. §. 2. num. 3. qui, etsi sententiā affirmativam probalissimam, judicet, veriore tamen judicat, quæ Pontifici negat hanc facultatem, & ait, hoc docere ferè omnes Theologos. Rationem reddit; quia, cum matrimonium sive ratum, sive consummatum, jure divino, & naturaliter insolubile sit, nequit nisi DEO concedente dissolvi, ut expressè decidit Innocentius III. in cap. ex parte, de convers. conjugat. ibi: ex quo matrimonium inter legitimas personas contrahitur, in nullo casu, illis virventibus, dissolvi potest, nisi forte secus fuerit ex relatione divina. At neque ex Ecclesiæ traditione, neque ex ullo textu constat, DEUM Pontifici concessisse hanc facultatem; ergo asserenda non est. Id ipsum probatur ex c. hi qui matrimonium 1. 32. q. 7. ubi Nicolaus Papa inquit; ob furorem, amentiam, aliamve infirmitatem supervenientem, conjugia solvi non possunt.

Nec

quod ipsi Ecclesiæ, & animarum gubernationem commissam, & quæ ad hanc exercendam necessaria, & valde proficua est, potestatem à Christo plenè traditam conficit ex verbis, *Pascite oves meas.* Joan. 21. & *tu es Petrus &c. quodcumq; ligaveris, & quodcumq; solveris super terram &c.* Matth. 16.

1614. Tertio, Pontifici potestatem in votis, ac juramentis ex justa causa dispensandi cum cæteris DD. indubitatè tribuunt etiam Pontius, l. 8. cap. 4. num. 2. & Castropalaus tract. 15. Disp. 2. p. II. à num. 2. Cum ergo dissolutione matrimonii, solùm rati, gravia Ecclesiæ mala impediri, ejusque, & animarum bonum promoveri possint: ex eaque non sequantur absurda, quibus obnoxia esset dissolutio matrimonii consummati, illud solvendi potestas Papæ non est perneganda; maximè cum Papa dispensare valeat in solenni voto religionis, ut cum plurimis, & præcipuis Theologis & Jurisconsultis (& hos inter Covarruvia, Guttierrez, & aliis oppositæ sententiæ assertoribus relatis) docet Sanchez lib. 8. Disp. 8. num. 6. & variis ejusmodi dispensationum exemplis illustrat Barbosa in c. cum ad Monasterium. 6. de statu Monach. num. 13. ergo etiam, & multò magis, in matrimonio rato; arg. Regulæ, *si vincio vincentem te, à fortiori vincam te*: quam tradit Glossa in L. in accessionibus 14. ff. de divers. temp. prescript. Votum enim solenne fortius est matrimonio rato; cum illud hoc solvat ex c. verum; & c. ex publico cit.

1615. Nec obstat, quòd ejusmodi votum non sit Sacramentum, sicut est matrimonium baptizatorum; quia omnimoda insolubilitas matrimonii non provenit præcisè ex ratione Sacramenti; cum, quatenus Sacramentum est, non habeat effectum indelebilem, scilicet characterem: & ut dictum est, solvi possit professione religionis; sed, ex institutione divinâ, & perfectâ significatione vinculi insolubilis inter Christum, & Ecclesiam, quam baptizatorum matrimonio consummatio affert. Quam ob causam verba Christi: *quos DEUS conjunxit, homo non separet, &c.* quæ de uxore, exceptâ fornicationis causâ, non dimittenda subjiciuntur, de matrimonio consummato intelligenda monet Alexander III. c. ex publico cit. in fine.

Quartò; quia matrimonium ratum nec ex ratione contractus, nec ex ratione Sacramenti est omni humano jure insolubile. Nam matrimonia infidelium sunt contractus, & solvi possunt favore fidei; & matrimonia fidelium, sunt Sacramentum, & solvi possunt professione religiosâ ex num. 1615. Denique vinculum matrimonii spiritualis Pontifex potest dispensare in professione religiosa, ut docet communior, veriorque sententia; ergo etiam in matrimonio rato tantum, quod est illo infirmius; cum hoc per eam dissolvatur, ut constat ex c. desponsationem c. decreta legalia, 27. q. 2. c. Ex publico. & Ex parte tua. de Convers. conjugat. Extrav. antiquæ, Joannis 22. de voto.

Quintò, si vera foret, vel etiam probabilis sententia, negans, id licere Pontifici, verum quoque foret, aut saltem probabile, tot Pontifices non habuisse in materia tam gravi, qualis est Sacramentorum, infallibilem Spiritus Sancti assistentiam, sed turpissimè hallucinatos fuisse, actus faciendo invalidos, ac illicitos; quod asserere absurdissimum est. Neque per hoc excusantur Pontifices, quòd autoritatem plurimorum DD. hanc dispensandi facultatem ipsis concedentium, secuti fuerint: si enim probabile est, quòd ratum matrimonium dissolvere non possint, prout vult sententia negans, tum solùm sequitur, quòd non soli Pontifices erraverint, sed etiam DD. quorum autoritate nitentur; sicque quòd illi non habuerint infallibilem Spiritus Sancti assistentiam.

Sextò, in dubio, an aliquid à superiore, præsertim summo Pontifice factum, liceat, aut valeat? pronuntiandum est pro facto superioris, non tantum licito; sed etiam valido; sed complures summi Pontifices in matrimonio rato tantum cum fidelibus dispensarunt; ergo de hoc facto pronuntiandum erit, id non tantum licitè, sed etiam validè, atq; adeo ex legitima potestate sibi competente à summo Pontifice factum esse. Ma. ex eo est, quia sicut, licet dubium sit (imo licet probabiles sint utrinq; sententiæ) an res, quam possidet Petrus, sit ejus, an Pauli? suppositâ tamen Petri possessione, absolutè verum est, dicere, quòd illam validè & licet.

heicē retineat Petrus, donec clarē doceatur esse Pauli: Sic & in nostro casu discurrendum; licet enim, præsciendū ab omni facto superioris, probabile fore utrinque, posse, v. g. validē dispensare & non posse; supposito tamen maturo superioris facto, absolutē verum est, dicere, superiorem validē dispensare, donec ostendatur contrarium; quod enim præstat in primo casu possessio, hoc in secundo præstat factum superioris, pro quo non minus stat præsumptio, quam pro possessione. Min. etiam constat ex num. 1611. & testimonio D. Antonini apud Sanchez afferentis, se Bullas Martini V. & Eugenii IV. vidisse; Navarri, afferentis, ad suam petitionem Paulum III. & Pium IV. dispensasse; Gobatii, qui septem Pontificibus, apud Dianam recensitis, addit Innocentium X. qui post longas, acresque inter Theologos de hac potestate concertationes dissolvit ratum matrimonium vulgaris cujuspiam opificis nullā Magnatum gratiā suffulti, & quidem absque causa bonum publicum concernente.

1619. Hæc confirmari possunt ex P. Matthæo de Moja tract. 1. de opin. probab. c. 9. à num. 27. ubi ait: quando circa rem, quæ est juris divini, duæ dantur sententiæ probabiles, quarum altera negat Pontifici potestatem validē dispensandi, altera vero concedit, si Pontifex post adhibitam maturam utriusque sententiæ considerationem, præviumque Theologorum examen diligens, & accuratum, ac auditis Cardinalium votis, se ad unam partem determinat, alterutram amplectens sententiā, canonizata manet hæc Pontificis determinatio, & ad eum certitudinis gradum ascendit sententiā, quam amplectitur, ut contraria nullam amplius habeat probabilitatem.

1620. Horum ratio est; quia dispensatio in simili casu vim habet statuti; sicut ergo, si post maturam consilium Pontifex statueret, ac voce definiret, licere sibi dispensare, necessariō standum foret huiusmodi statuto; Sic etiam standum erit accurately ejusdem facto. Atque hanc doctrinam dudum antè docuit Sylvester in summ. v. votum. 40. num. 5. ubi loquens de dispensatione in voto solenni

castitatis (quam à Pontifice concedi posse negat) in in fine num. cit. dicit: quod, si faceret (id est dispensaret,) Papa, ut Papa, hoc est, ut caput utens adutorio membrorum, consultando factum, & faciendo quod in se est, ut sciat veritatem, tali determinatione (dispensationi v. g. ad quam se determinavit) standum esset necessariō. Unde Veracruz in speculo. 2. part. art. 27. cum D. Antonin. Cajet. Armilla, & aliis apud Mojam sic scribit: de Pontificis potestate, postquam dispensavit, dubitare (multoque magis contrarium docere) instar sacrilegii est. Effert enim Christo Domino quasi exprobrare, quod non fatis Ecclesiæ suæ providisset.

§. 4.

Proponitur sententia negantium.

Pro hac sententia referuntur, eam 1621. tenentes Scotus in 4. dist. 31. q. 1. & S. Bonaventura ibid. dist. 27. art. 3. q. 2. quos Turrecremata in can. sunt qui dicant. 27. q. 2. art. 3. num. 5. Alexand. de Nævo in c. Tuas. 5. de spons. duor. num. 14. Covarruvias cit. cap. 7. §. 4. num. 13. Gutierrez cit. cap. 17. num. 12. & præter alios VV. ex RR. secuti sunt Pontius lib. 9. de matr. cap. 5. num. 3. & Castropalaus P. 5. D. 3. de Sponsalibus, p. 2. §. 2. num. 3. qui, etsi sententiā affirmativam probalissimam, judicet, veriore tamen judicat, quæ Pontifici negat hanc facultatem, & ait, hoc docere ferè omnes Theologos. Rationem reddit; quia, cum matrimonium sive ratum, sive consummatum, jure divino, & naturaliter insolubile sit, nequit nisi DEO concedente dissolvi, ut expressè decidit Innocentius III. in cap. ex parte, de convers. conjugat. ibi: ex quo matrimonium inter legitimas personas contrahitur, in nullo casu, illis virventibus, dissolvi potest, nisi forte secus fuerit ex relatione divina. At neque ex Ecclesiæ traditione, neque ex ullo textu constat, DEUM Pontifici concessisse hanc facultatem; ergo asserenda non est. Id ipsum probatur ex c. hi qui matrimonium 1. 32. q. 7. ubi Nicolaus Papa inquit; ob furorem, amentiam, aliamve infirmitatem supervenientem, conjugia solvi non possunt.

Nec

1622. Nec valet dicere; inquit citatus Author, loqui Pontificem de conjugis consummatis; quia nullum est verbum, quo id indicetur. Præterea, si in favorem status Clericalis, & coelibatus nequit Pontifex matrimonium fidelium ratum dissolvere, quomodo ob sedandas inimicitias, ob vitandam sterilitatem, aliæque minora mala hæc facultas, censenda est concedi? Adde, omnia argumenta, quibus Doctores oppositæ sententiæ moventur ad astruendam hanc potestatem in matrimonio rato, procedere in matrimonio consummato. Si igitur in consummato matrimonio denegatur hæc potestas, etiam in matrimonio rato denegari debet. Confirmant etiam ex verbis Leonis Papæ referendis infra n. 1348.

1623. His addi possunt, quæ tradit Basilius Pontius cit. num. 3. quod ipse Alexander III. (ut habetur in append. CC. Lateran. c. 8.) & Innocentius III. ibid. c. 31. reprobârunt quorundam antecessorum iudicium, qui censuerunt, posse validè contrahi matrimonium, constante primo tantum rato; nec enim dici potest, eos censuisse, valide contrahi matrimonium, constante primo consummato; cui accedit, Pontifices antiquiores iudicasse, nullam dari sufficientem causam, jure humano, dissolvendi matrimonium ratum tantum, licet aliquæ inter eos sint, ob quas eorum successores dispensasse, feruntur. Nam Innocentius III. in c. Ex parte, de convers. conjug. lepram, matrimonio, per verba de præsentis contracto, antequam consummatum esset, supervenientem, non iudicavit, ut in eo dispensaretur, esse causam sufficientem; imò, ut habetur in textu, expressè respondit: quod, ex quo matrimonium inter legitimas personas per verba de præsentis contrahitur (non addit, & consummatum) in nullo casu, possit dissolvi, ut vivente reliquo alter ad secunda vota transfret, etiamsi unus conjugum, inter quos est ratum conjugium, fieret hæreticus, & nollet permanere cum altero, sine contumelia Creatoris, nisi secus fieret ex revelatione divina.

1624. In hac responsione notari volunt ea verba: in nullo casu, & nisi secus fieret ex revelatione divina, & Nos tamen no-

lentes à Prædecessorum nostrorum vestigiis declinare, ut notat etiam Panormitanus (licet aliter senserit scribens in c. Ex publico, de convers. conjugat.) qui observans hæc verba, dicit: Pontificem non posse dispensare in matrimonio rato tantum, nisi ex causa in jure expressa, aut omnino simili: causa autem in jure expressa, ex qua per revelationem divinam licet solvere matrimonium ratum, est sollemnis professio, vel unius ex infidelibus conjugibus conversio, altero in perfidia permanente; & talis à contrahi non afferitur; Ergo.

Notabile etiam est, quod assertum Pontius cit. num. 6. in fine, dicens ex Panormitano, quod, cum quidam peteret ab Innocentio VIII. dispensationem de matrimonio non consummato, & Innocentius responderet, se non posse; & is, qui dispensationem petebat, reponeret, hanc opinionem (nimirum posse dispensare Pontificem in matrimonio rato tantum) à glossa recitatam allegaverit; Innocentius dixerit: maledictus, qui te docuit.

Dices cum P. Jacobo Wiestner de Canonis impedimentis conjugiorum p. a. 6. num. 16. in fine: Innocentium VIII. quando negavit, se in matrimonio rato tantum dispensare posse, non dixisse, se non habere talem potestatem, qualem habuerunt alii, qui faciliè trigentes eorummodi gratiam petentibus concesserunt; sed tantum, se non habere justam causam, qualem illi, qui re ipsa dispensarunt. Verùm hæc expositio admitti non potest; si enim præsentis justâ causâ Pontifex possit dissolvere matrimonium fidelium, ratum tantum, utique sufficeret matrimonio rato superveniens impotentia, lepra, aut alia infirmitas impediens usum conjugii, prout docet citatus Author num. 18. ex P. Sanchez D. 16. à num. 1. & Perez D. 20. S. 7. n. 13. &c. Sed hanc causam Innocentius, ut constat ex n. 1624. negavit esse sufficientem, licet ageretur solum de matrimonio rato tantum. Deinde vix credi potest, quod is, qui ab Innocentio petiit dispensationem in matrimonio rato tantum, nullam omnino attulerit causam petendi, quæ saltem tanta foret in ordine ad bonum ejus privatum, quanta erat

ea, quam attulit plebejus ille, de quo num. 1622. at hoc non obstante, dixit Innocentius, *se non posse dispensare*, quæ responsio utique exponenda est *de negata potentia* per actum, quem ab illo perebat supplicans; & citra legitimum fundamentum dicitur, quod petiverit secum dispensari *nulla existente causa*; ergo exponenda videtur rectius de negata potentia ad actum dispensationis etiam stante legitima causa, propterea, quod conjugii vinculum sit juris divini.

1627. Quod aliqui dicunt, Pontificem loqui de casu matrimonii consummati, non autem rati tantum, gratis assumi ab affirmantibus, dicunt & probant negantes, ut constat. i. ex num. 1622. Deinde, quando Pontifex dicit, matrimonium *nullo casu* posse dissolvi, nisi hoc fieret in casu divinæ revelationis, expressè loquitur *de matrimonio*, ex quo inter personas legitimas contrahitur, ut liquet ex claro textu in num. 1621. à nobis relato; sed *tale matrimonium tunc est ratum tantum, & non consummatum*; nec enim eo ipso matrimonium est consummatum, ex quo legitime contractum est. Ergo; & hæc videtur potissima ratio, quæ negantes sententiam suam firmatam credunt. Dicunt enim, nec summo Pontifici competere potestatem dispensandi directè in jure divino; indissolubilitatem autem matrimonii non tantum ratione Sacramenti, sed etiam ex prima sui institutione esse juris divini; Ergo.

1628. Majorem communiter admittunt Auctores, prout dicemus infra; & sententiam, quæ dicit, etiam summo Pontificem in nullo jure positivo divino posse dispensare, communem, & verissimam esse tradit Castropalaas. P. i. tr. 3. D. 6. p. 3. n. 5. ex D. Thomas, quem communiter Theologi sequuntur, i. 2. quest. 97. a. 4. ad. 3. & 2. 2. q. 88. a. 10. in solut. ad 3. & quodlibet. 4. a. 13. Suarez plures referens lib. 10. cap. 6. num. 7. Salas disput. 24. Sect. 5. num. 33. Bafilus lib. 8. cap. 3. num. 2. Covarr. 4. decret. part. 2. cap. 6. §. 9. num. 4. Sylvester. P. Papa q. 61. Salméron. tract. 61. in act. in 4. & 5. difficult. & alii apud ipsos; & facit textus in cap. sunt quidam; & cap. contra statuta patrum, & cap. omne quod, & alii. 2. q. 1. ubi asseritur, non esse sedis Pontificiæ, aliquid concedere contra Apostolorum

Tom. II.

statuta, vel aliquid illorum mutare; quod saltem de dispensatione directâ intelligendum venit.

Indissolubilitatem autem matrimonii juris divini primum ex divina institutione esse constat ex Trid. Sess. 24. ubi traditur doctrina de Sacramento matrimonii, statim in principio, ibi: *matrimonii perpetuū indissolubilem nexum, primus humani generis parens, divini spiritus instinctu pronuntiavit*: deinde ex c. Unico, de Foro in 6. ibi: *Nos attendentes, quod voti solemnitas ex sola institutione Ecclesiæ est inventa: matrimonii verò vinculum ab ipso Ecclesiæ capite, rerum omnium conditore, ipsum in paradiso, & in statu innocentie instituente, unionem & indissolubilitatem accepit*. Deinde etiam ratione Sacramenti, ut constat ex c. 1. de Sponsa duorum, ibi: *duobus modis dicitur fides, pactionis, & consensus*. Si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis, non debet aliam ducere: si aliam duxerit, poenitentiam debet agere de fide mentita: maneat tamen cum illa, quam duxit. *Non enim rescinditur tantum debet Sacramentum. V. quæ dicuntur à num. 1631.*

Et quamvis etiam P. Jacobus Illfing in Theolog. practica tr. 6. D. 9. q. 5. num. 154. tradat, Pontificem posse dispensare in matrimonio tantum rato fidelium, & eadem ratione baptismi subditorum: considerari tamen possunt ea, quæ loco cit. n. 153. habet, dum ait: *matrimonium non tantum fidelium, sed etiam infidelium, sive consummatum sit, sive non, absq. dispensatione divina, insolubile esse, non solum lege positiva, sed probabilius pure naturali*. Et ibidem in probat. 2. sub med. atq. hæc duplex ratio (petita scilicet ex ipso fine contractus conjugalis) probat, *matrimonium non tantum privatâ, sed etiam publicâ autoritate, ullius hominis, insolubile esse, quoad vinculum*. Nam stantibus his verbis, opponi eidem potest: *juxta hunc auctorem matrimonium fidelium etiam ratum tantum, seu non consummatum, nullâ ullius hominis autoritate etiam publicâ, quoad vinculum dissolvi potest, ut patet ex ipsis verbis; & ex illis concludi: ergo nec summi Pontificis autoritate etiam publicâ dissolvi potest; maxime cum eius insolubilitatem, ibid: tanquam probabilius adseribat legi naturali*. Nec ex eo, quod Pontifex,

Fff

6X

ex potestate, Petro, & successoribus ejus data, concedat dispensationem, vel condat legem aliquam, ejusmodi actus definit esse actus jurisdictionis humane, aut evadit lex divina, sed dicitur, & manet lex merè Ecclesiastica. Unde non videtur esse, quomodo talis dispensatio etiam ex illa potestate Petro, & successoribus data proficiscens, non fieret alicujus hominis auctoritate publicâ; nisi dicatur, quod non possit ulla auctoritate publicâ, intelligendum esse, de auctoritate, quæ non vicaria, seu competente ut Christi Vicario; sed sic etiam se habet potestas condendi leges Ecclesiasticas, quæ tamen non propterea non eximuntur à legibus juris humani; quibus positus:

1631. Ad fundamentum sententiæ affirmantis respondent; & ad 1. in n. 1613. respondet Castropalaus cit. n. 4. ne per hoc, quod summo Pontifici negetur potestas dissolvendi matrimonium ratum tantum, arguatur egisse temerè, qui tamen dispensarunt, sufficere, quod stante sententiâ negantium, affirmant esse valde probabile, imò probabilissimum, ut dictum est n. 1611. ipsum id posse. Hæc quippe probabilitas, inquit Castropalaus, sufficit, ut Pontifices dispensando securè, tutâq; conscientia procedant, nullumq; errorem in praxi committant; tametsi speculative loquendo errent, quod non est inconveniens; cum error non sit de jure; sed de facto, nec communi, sed particulari: argumentum igitur desumptum ab eo, quod summi Pontifices sæpius dissolverint matrimonium, ratum tantum inter fideles, inquit, probat maximè probabilitatem illius opinionis, cui Pontifices adherentes, sepe numero dispensarunt: inde tamen non convincitur, omnino esse certum, Pontificem hæc gaudere potestate. Et ita etiam respondet Basilius Pontius. l. 9. c. 3. n. 1.

1632. Ad 2. in eod. n. 1613. respondet Castropalaus cit. n. 4. si ob vitanda aliqua inconvenientia fatendum esset, Pontificem potestatem habere dissolvendi matrimonium ratum, cum ferè eadem inconvenientia ex matrimonio consummato sequi possint, ut expendenti faciliè constabit, affirmandum esset circa matrimonium consummatum eadem potestate gaudere. Cum ergo circa matrimonium consummatum nullus affirmet, neque de matrimonio rato asserenda

est. Et rationem reddit Pontius cit. n. 4. quia matrimonium fidelium consummatum nihil in substantia, essentia, vel integritate, superaddit matrimonio rato tantum; nisi quod illud simul dicat, matrimonium usum, seu copulam, quæ nullatenus pertinet ad matrimonii substantiam vel integritatem. Talis autem rei usus non facit, quod in utente sit majus, & fortius jus, quam in non utente re sibi traditâ; ergo nec facit, quod matrimonium, usu accedente, sit magis indissolubile, quam matrimonium sine usu.

Si dicas, quod matrimonium consummatum, non quidem ratione sui, sed ratione significationis Sacramentalis conjugale vinculum reddat fortius, eò quod significet unionem Verbi divini cum Ecclesia, quæ significatione carent matrimonia fidelium rata tantum; hæc enim significant solum unionem Christi cum anima per gratiam quæ dissolvi potest, ut contingit commissio lethali peccato; ad hoc responder Castropalaus cit. n. 4. demus matrimonium ratum, assumptum non esse ad significandam unionem Christi cum natura assumpta, sed unionem verbi cum fidelibus per gratiam, inde solum fit, matrimonium ratum solvi aliquando posse, scilicet religionis ingressu, Deiq; dispensatione; non tamen ex dispensatione Pontificis. Dixit, demus; quia, ut ibid. ait, satis dubium est, matrimonia fidelium rata tantum, assumpta non esse ad significandam unionem Verbi, cum natura assumpta; potest enim hæc significare, sicut in plurium doctorum sententiâ (qui videri possunt apud Pontium l. 1. c. 11. à n. 10.) eam unionem significat matrimonium infidelium consummatum; quin imò matrimonium in sua primæva institutione; sic ille. Ex hoc

Respondent. 2. ad 2. rationem affirmantium in n. 1613. datâ majori, negando minorem; si enim ad ea inconvenientia impedienda rectè arguitur, Pontifici à Christo data potestas, solvendi matrimonia fidelium rata tantum, volunt rectè argui eandem datam ad solvenda eorum matrimonia consummata, ut constat ex n. 1631. quod tamen non admittitur. Unde negant, verba illa Christi Matth. 19. Quæ DEUS conjunxit, homo non separet, non esse intelligenda de matrimonio rato. Sunt etenim, inquit Castropalaus, et si principaliter de matrimonio consummato intel-

intelligentur. Nam, ut ex contextu constat, Christus Dominus voluit libellum repudii, & polygamiam plurium Uxorum Judæis permissam auferre, & matrimonium in primævum suum statum reducere, ut constat ex illis verbis: *Non legistis, quia, qui fecit hominem ab initio, masculum, & feminam fecit eos, & propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhaerebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.* Ex quo exemplo concludit, quos DEUS conjunxit homo non separet; ut latius prosequitur Basil. Pont. l. 1. cap. 13. à num. 4. Non igitur ex significatione unionis hypostaticæ, sed ex natura primæva matrimonii, statuta est à Christo ejus indissolubilitas; sic ille.

1635. Ad 3. in num. 1614. respondent, per hoc, quod summus Pontifex possit dispensare in votis, ac juramentis, non rectè inferri, quod possit dissolvere matrimonia fidelium rata tantùm. Nam liberando quem à voto, quod divino jure obligat, nec mutat, nec relaxat directè legem divinam: *Povete, & reddite Domino DEO vestro. Psal. 71.* secus liberando quem à matrimonio ritè contracto, licet non consummato, cum sit clara lex, quod DEUS conjunxit, homo non separet, quæ juncta testimonio Pontificis in cit. c. Ex parte, quod matrimonia rata, sine DEI revelatione, solvi non possint, satis probat, divinam legem prohiberi dissolutionem matrimonii etiam rati tantùm, ab homine, nisi id habeat DEI revelatione, quam non importari in ipsa potestate ligandi, & solvendi, à Christo data suo in terris Vicario, ex dicto constat.

1636. Quod autem Pontifex liberando quem à voto, seu debito, jure divino persolvendo, directè non mutet, aut relaxet legem divinam, ex eo constare dicunt, quia qui remittit debitum justitiæ, non relaxat, aut solvit jus naturale, dictans: *jure debitum, esse persolvendum, quantum non est solutum, vel remissum;* nam, remisso debito, jus naturale perstat, ut ante; & solam indirectè tollitur ejus applicatio ad hoc subjectum, sita in contractu debito, nondum soluto, vel remisso: sed etiam lex divina, præcipiens reddi DEO, quod ei voto promissum est, remisso voti debito, salva perstat; cum non ob-

Tom. IV.

liget, nisi extante debito non soluto, aut remisso. Possit autem Christi Vicarium ejusmodi debita, quæ homo contraxit promissione DEO factâ, & ab hoc acceptata, remittere jure Vicario, ex ipsa potestate, quâ Christus eum, suum in terris Vicarium constituit cum potestate ligandi & solvendi, rectè infertur; sic potest ex ipso etiam Ecclesiæ, ac meritum Christi infinito thesauro impertiri hominibus indulgentias, quarum vi, debita peccatorum, DEO cæteroquin jure divino persolvenda, remittantur, &c. &c.

Hinc etiam negant, ex eo, quod professio religiosa dissolvatur matrimonium ratum tantùm, rectè sequi, illam ex se esse fortius vinculum vinculo conjugii rati, quod ex primæva sua institutione habet indissolubilitatem, etiam independentem à significatione Sacramentali; nam professio vim illam solum habet, operante Pontifice ex potestate ad hoc ei tribuendum, Christi Vicariis concessa ex DEI revelatione juxta dictâ; quod ipsum aliud non significat, quàm, quod Professio Religionis, Christi privilegio, ex solo jure divino positivo matrimonium dirimat, ut notat Barbof. in cit. c. Ex publico. n. 10. cum Scoto, Victoria, Soto, Corduba, & aliis ibid: statim subjungens: *quavis dissolvis, solo jure Pontificio, minus bene teneant in præsentem Hostiens: Medina, & alii, ibid. cit.*

Hinc non rectè datur ratio, cur professio religiosa matrimonium ratum dirimat, quia professio religiosa est quedam mors civilis, & spiritalis, juxta illud ad Colossens. 3. *(mortui estis, & vita vestra abscondita, est in Christo)* ex quo P. Robertus König lib. 4. Decret. ad Tit. 4. §. 6. num. 2. infert: *ergo sicut mors naturalis matrimonium etiam consummatum; ita mors ista spiritalis dissolvit vinculum spirituale matrimonii rati.* Hæc, inquam, ratio, non rectè probat intentum. 1. quia illatio à matrimonio consummato ad ratum in multis fallit, præsertim cum sit ex, & in diversa ratione; nam matrimonium consummatum solvitur morte naturali; non civili. 2. illud solvitur morte naturali, non autem religiosa professione, secus istud. 3. mors civilis non habet in casu ficto, seu civili, omnes eos juris effectus,

F ff 2

effectus, quos naturalis in casu vero, loquendo universaliter, ut per se patet; sed tantum eos, ad quos iuris fictio, ejusdem juris dispositione, porrigitur, ut aliàs dictum est, & certo jure constat. Ratio primæ partis est; quia professus, naturaliter mortuus, nec suo, nec monasterii nomine, stare potest in iudicio, ut per se constat; potest autem de licentia sui superioris, licet sit civiliter mortuus; quia mors civilis in ordine ad hunc actum non æquiparatur morti legis fictione. Similiter in dispositione conditionali vel materia fideicommissaria, mors civilis non æquiparatur naturali. *Conditio enim purificari debet, in casu vero, non ficto. L. Qui heredi. §. Mævius. ff. de Condit. & demonstr. Mors autem civilis est mors ficta, non vera. L. 1. §. fin. ff. de Honor. possess. contra Tabul. & substitutus in casu mortis, non admittitur per mortem civilem instituti; ita Surdus Consil. 90. per totum.*

1639. Ratio 2. partis est, quia mors civilis, ut dictum est, non æquiparatur naturali, nisi in casibus à jure expressis, ut not. *Gloss. in c. Placuit. 16. qu. 1. V. mortuus; & c. susceptum; de Rescript. in. 6. V. non morte:* hinc quando dicitur: *fictio idem operatur, quod veritas. L. 1. ff. de adopt. L. cum ex oratione. ff. de Excusat. Tutor. & c. fictio tantum operatur in casu ficto, quantum veritas in casu vero. L. in princip. C. de Rei Uxor. act. L. 1. §. hoc senatus consult. ff. ad Trebell. c. ad audientiam, de Cleric. non resid.* intelligi debet, de fictione legis in eo casu aliquid fingentis quoad certum juris effectum, ut not. *Barbof. de Axiom. juris ususfreq. V. Fictio à num. 1. Quia paria sunt, esse talem, & jure seu lege haberi talem; Sic Paris: lib. 1. Consil. 71. num. 5. & alii.* Et ideo ea ratio non concludit, nisi restringatur ad mortem civilem, quæ juris seu legis fictione porrigitur ad casum, de quo agitur.

1640. Præter hæc notandum, non procedere argumentum à potestate solvendi votum Solenne, ad potestatem solvendi matrimonium ratum tantum; nam hujus facilis ratio diversitatis redditur, ut ait Pontius *cit. lib. 9. c. 3. num. 16.* quia in professione fit etiam traditio religioni,

quam acceptat Prælatus, & eo non obsecrante non obligant illa vota, quorum fundamentum est traditio; cumque Pontifex sit Ordinarius, cui etiam tanquam Religionis superiori fit traditio, eam traditionem potest rejicere, eaque rejecta cessat obligatio status religionis in illo.

Ad hoc, quod dicitur *num. 1616. respondet*, omnimodam insolubilitatem matrimonii consummati non esse tunc, ac præcisè ex significatione Sacramentali unionis Verbi cum natura assumpta, sed ex primæva, & divina institutione matrimonii, quæ ratio communis est matrimonio rato, & consummato. Deinde ex *c. Ex publico*; non rectè deduci, dictam insolubilitatem matrimonii consummati fundari unice, ac præcisè in illa significatione Sacramentali, ut constat ex *num. 1633.* nam licet in eo textu Pontifex dixerit, dictum Domini in Evangelio (*non licet viro, nisi ob causam fornicationis, Uxorem suam dimittere*) intelligendum esse secundum interpretationem divini eloquii de his, quorum matrimonium carnali copulâ consummatum est; allatum tamen est solum ad casum propositum, quo dubitabatur, an Uxore à viro adhuc incognitâ, religionem professente, solveretur à matrimonio? & quibusdam in oppositum allegantibus textum Evangelicum, respondit Pontifex, eum textum non ob stare matrimonio rato tantum, quominus religiosâ professione solvatur; sed tantum consummato, in quo libenter admittitur discrimen inter matrimonium consummatum, & ratum tantum, cum nullo textu divini eloquii probari possit, professioni religiosæ concessum esse per ordinem ad solvendum matrimonium consummatum; quod concessum ei est in ordine ad ratum tantum.

Quando autem Pontifex dixit; *textum Evangelicum (nullatenus dissolvi potest quod DEUS conjunxit)* intelligendum esse de matrimonio consummato, referendum est ad professionem religiosam, sicut nec per istam dissolvi potest; nam de hoc erat quæstio: non autem universaliter aliàs in casu, quo unus infidelium converteretur ad fidem, altero nolente converteri

pacificè convivere, matrimonium eorum consummatum non dissolveretur, converso cum fidei novum connubium in-eunte: hic autem sensus illius textus longè alius est ab eo, quem intendunt oppositi, ex hoc deducentes, solum matrimonium consummatum, non autem ratum tantum, esse indissolubile ab ullo, extra dispensationem divinam.

1643. Ad 4. respondent, quòd matrimonium, ratum tantum, non possit, nisi divina dispensatione dissolvi, habere ex divina institutione; ad id verò, quod ibid: additur de professione religiosa, jam constare ex dictis, nullam esse paritatem. Ad 5. respondent, juxta id, quod relatum est ex Castropalao superius in n. 1631. nimirum, nullatenus sequi, quòd Pontifices dispensando ullum errorem in praxi commiserint; cum in dato casu (speculativè loquendo) non sit error in jure, sed solum in facto, eoquè particulari; certissimum autem esse, summum Pontificem, in quaestione juris procedendo, nullo modo errare posse; secus, in quaestione facti praesertim particularis; ira Castropalaus.

1644. Ad 6. in num. 1618. dato ultroneè justissimè fieri, quod asserunt, pro licito & valido praesumi factum superioris etiam in dubio positivo; quia tamen praesumptio etiam juris de jure in re potest esse falsa, non probari aliud, quam partem affirmantem esse probabilissimam, ut ait Castropalaus saepe cit. & quantum ad praxin atinet, id, quod affirmant, tutà conscientia Pontifices dispensasse, ac dispensare posse, ut ait Pontius cit. c. 3. n. 1. dicens, à negantibus disceptari solum in hac quaestione, quidnam speculativè loquendo in hac re fuerit probabilius?

1645. Quod in num. 1619. adducitur ex Patre de Moya, contrarii negant, loquendo speculativè de quaestione proposità; sic Castropal. cit. num. 4. in fin. ibi: inde tamen non convincitur, omnino esse certum, Pontificem hac gaudere potestate; & Pontius cit. cap. 3. à num. 4. similiter negat ma. in asserte à Moya propositionis probatione, in num. 1620. Id enim, quòd Moya, Sylvester, Veracrucius & alii, volunt esse certum, illud summorum Pontificum factum,

toties repetitum, contraria sententia quidem admittit, tanquam doctrinam in praxi omnino tutam; sed speculativè loquendo negant, esse tam certum, prout illi volunt, ut aequivaleat statuto, seu definitioni Papali, qua tali. Nam, ut refert Pontius lib. 9. c. 3. num. 4. non nulli Pontifices (qui Alexandrum III. praecesserunt) judicârunt, se posse dissolvere primum matrimonium tantum ratum, idque re ipsa fecerunt, secundo contracto, & consummato, ad multas evitandas diffinitiones, ut jam deinceps dissoluto primo, possent tutà conscientia in secundo, quod cohabitatione confirmabant, remanere, maximè cum (ut ex ipsius Alexandri verbis constat) saepe rata matrimonia clandestina fuerint; itaque non censuere Pontifices posse validè secundum matrimonium contrahi constante primo non consummato; sed primum non consummatum dissolverent judicio suo, ut in secundo jam consummato permanent, sic fidelium quieti se consulere existimantes. Verum:

Post hæc relata subjungit: *nihilominus reprobari eorum Praedecessorum judicium ab Alexandro III. in appendic. CC. Lateran. p. 6. c. 8. ubi dicit, mulierem, quæ legitimè contracto matrimonio, nupsit alteri, & cum eo matrimonium consummavit, hoc relicto debere redire ad primum; licet alii aliter sentiant, & aliter etiam à quibusdam praedecessoribus suis sit aliquando judicatum; nempe, matrimonium ratum tantum, contracto alio, & hoc consummato, posse dissolvi; & re ipsa dissolvisse id, quod idem Pontifex habet ibid. c. 17. §. 22. ac Innocentius III. in ead. appendic. p. 6. c. 31. isti igitur non judicârunt suorum praedecessorum factum habere vim statuti Papalis, ut Papalis, prout vult Sylvester citatus supr. n. 1620. Moya, & alii.*

Denique, si matrimonium, prout saepe contingit, dissolvatur à summo Pontifice etiam de consilio Cardinalium, & juris utriusque peritorum, propter impotentiam unius antecedentem, & vel absolutam, vel respectivam perpetuam, restaurari nihilominus debet, cognito, quòd impotentia talis non fuerit; qualis, tunc, cum matrimonium solveretur, existimabatur.

batur. An autem ex hoc facto rectè colligatur, illud æquivalere statuto Papæ, ut Papæ, non omnes affirmabunt eâ certitudine, quam volunt oppositi.

1648. His addi potest notissima controversia: *an Religiosus super solemnî voto castitatis, saltem ex causa publica dispensari valeat?* nam licet sint relationes plurium fidei dignorum affirmantium, sic dispensatum esse à summo Pontifice; negativam tamen sequitur D. Thomas 2. 2. qu. 88. novissimè Cardinal. Capisuechus *Controvers. 11. de vot. solemn. q. unic. per totum, signanter pag. 270. vers. rejecta igitur*, dicens: quòd cum ea (nimirum sententiâ negante) *transcunt communiter Thomistæ, qui in hac re Thomistarum nomine digni sunt; post quæ addit: Et procul dubio non solum sanior est, Et certior opinio Sc. cuius doctrinam, Magistralem, Cardinalis Albitius, latè ac doctè defensam, affirmat Vincentius de Justis de dispens. matrim. l. 3. c. 15. in appendice subnexa à num. 2. nec propterea Divo Thomæ, & sequacibus rectè obijciatur, illud absurdissimum illatum à Dianæ argumento, quòd Divus Thomas, & sequaces ejus, negantes Pontifici potestatem dispensandi ad matrimonium in voto solemnî castitatis, negent Pontifici infallibilem assistentiam Spiritûs Sancti in materia Sacramentorum?* his præmissis:

1649. Resp. non esse meæ mentis hic, de alterutra contradicentium parte quidquam asserere; sed utramque solùm à me relatam, ut utriusque partis fundamenta speculativæ duntaxat considerationi aliorum proponerem; qui cæteroquin pro Reverentia, & potestate summorum Pontificum asserenda, spectatâ praxi, præsertim ex tam frequenti usu ejus, prout allegatur, omnino standum judico; & S. Matris Ecclesiæ judicio me penitus submitto.

§. 5.

De divortio conjugalis vinculi converso uno infidelium conjugum.

1650. Etsi legitima infidelium matrimonia non sint indissolubilia jure naturali, sed solùm positivo divino, atque ad eò nullo

jure humano, dissolvi tamen posse ex revelatione divina in certis casibus matrimonia eorum, etiam in infidelitate contracta, & consummata, ex sequentibus constabit. Nam si cum uno infidelium, ad veram fidem converso, alter conjugum nec physicè, nec moraliter pacificè vivere, ac permanere velit, conversus licitè, ac validè ab illo recedit, & aliud matrimonium cum fidei celebrare potest, ut dictum est à num. 752. matrimonium tamen illud, quod inter ipsum, & alterum remanentem in perfidia celebratum fuit, non solvitur ipso facto secutæ in uno conversionis, ut quidam volunt; sed primò per novum cum fidei contractum, secundùm dicta à num. 755. Not. tamen ex num. 757. conversum ab infidelitate tamen diu manere ligatum vinculo prioris matrimonii ante conversionem legitimè initii cum infidei, quàm diu iste ab illo non recedit, vel physicè, vel moraliter juxta expositionem in num. 752. & conversus aliud matrimonium celebret cum fidei ex num. 755. *Et seq. ubi plurima dedimus ad hanc materiam spectantia; v. g. an infidelis conversus, altero recusante illi pacificè cohabitare, licitè assumat sacros ordines?* de quo V. num. 757. an eorum matrimonium solvatur professione religiosâ? an post conversionem separandi sint, si tempore infidelitatis contraxerunt in gradu prohibito? &c. de quibus egimus à num. 749.

§. 6.

De divortio quoad conjugale vinculum per libellum Repudii?

Repudium descripsimus num. 744. olim in lege veteri, fuisse in usu, DEI permisso, dictum est num. 745. *Et seq. in lege autem Evangelica repudium omnino sublatum esse per Christum, etiam causâ fornicationis, à num. 745. quare omnino certum est, libellum repudii, consequenter divortium quoad conjugale vinculum, sine dispensatione divina, etiam ex causâ fornicationis, seu adulterii, per unum ex legitimè conjugatis commissi, non modo illicitum, sed etiam invalidum esse lege divinâ, prout loco cit. ostensum est. Hinc qui Uxorem legitimè ductam, di-*

mitteret post legem Christi, ac aliam duceret, cum hac nulliter contraheret. Nam stante priori matrimonio adest impedimentum, nempe ligaminis, jure divino dirimens matrimonium cum alia, ut diximus *num. 738*. Et quamvis in veteri lege cum Patriarchis in pluralitate Uxorum dispensatum à DEO fuerit; hanc tamen dispensationem extensam fuisse quoque ad Gentiles, probabilius negatur *ex n. 741*.

ARTICULUS VIII.

A quo Judice tractari debeat causa divortii quoad vinculum conjugale?

1632. Cum ex generali doctrina constet, quòd causæ matrimoniales pertineant ad Judicem Ecclesiasticum, ut diximus à *num. 1505*. non est dubium, quæstionem de dissolutione matrimonii, quoad ipsum conjugale vinculum, tractari non posse in foro Laico, sed solum Ecclesiastico. Duo tamen adhuc quæri possunt; primum est, an, quando certum, ac manifestum sit, matrimonium aliquod contractum esse nulliter, vel defectu consensûs, vel ob inhabilitatem contrahentium, laborantium aliquo impedimento canonico dirimente, tales conjuges suâ autoritate possint à se invicem recedere, ac ad alia vota transire?

1633. Resp. dissolutionem matrimonii quoad conjugale vinculum non posse fieri sine judicio Ecclesie, etiam propter notorium impedimentum parentelæ, vel alterius causæ, matrimonii nullitatem inducentis; rationem dat Gloss. in *c. Porro. 3. de divort. r. separari*; & in *c. fin. de adulter. quia divortium est pœna*; sed pœna imponi non potest, nisi per Judicem *c. si ve, de conjugibus. §. in hoc. 33. qu. 2.* ergo propria autoritate conjunx non potest divortium facere. Verùm hæc ratio convenire non potest præsentî quæstioni; cum hic non agamus de divortio pœnali *ex adulterio*; sed *ex justa causa*, v. g. notoria parentelâ, vel alio impedimento matrimonium dirimente. Nec etiam satisfacit Panormitanus, *ibid. num. 2. & 8.* dicens: quòd *plura dicantur notoria, quæ vere non sunt. c. Consulisti. 14. de Appellat.* Adeoque ex eo, quòd parentelâ dicatur

notoria, non debere rescindi tantum Sacramentum ex sola opinione credentium, adeste impedimentum; sed hoc fieri debere per judicium Ecclesie. Nam etsi in hoc casu non apparenter solum, sed verè notoria foret parentelâ, adhuc tamen matrimonium semel contractum, sine judicio Ecclesie separari non posset, ut apertè dicitur in *c. Porro. 3. b. t. ubi Alexander III. Ambionensi Episcopo rescribens ait: de Comite Pontini, qui B. Uxorem suam, absq. judicio Ecclesie dimisit*, (quia eam cognatam fuisse Uxoris defunctæ proponit) prudentia tua cognoscat; quòd, si etiam parentelâ esset publica & notoria, absq. judicio Ecclesie ab ea separari non potuit; quare ipsum ad eam recipendam, quæ petit restitutionem ipsius, districtè compellas; quam, si recipere noluerit, eum, & superinductam, vinculo excommunicationis adstringas. Præterea de H. qui cognatam suam duxit Uxorem: respondemus, quòd non apparentibus accusatoribus, & parentelâ manifestâ, seu publicâ existente (quod credibile non est, nisi essent in primo gradu, vel secundo) tui officii interest, matrimonia illa adhibita gravitate dissolvere, quæ illicitè contracta noscuntur.

Ex hoc textu sequitur, etsi verum esset, quando mulier ob consanguinitatem rejecta est, oblatâ in continenti probatione consanguinitatis, negari restitutionem, juxta *c. Literas. 13. de restitut. spoliat.* consequenter etiam si notoria esset parentelâ; per hoc tamen non inferri, quòd, sine judicio Ecclesie, matrimonium quoad vinculum dissolvi possit, ubi notoria est parentelâ. Nam eo casu *spoliato negare restitutionem, & posse rescindere vinculum*, quòd erat saltem in factò, diversa sunt. Quòd autem in *cit. c. Porro* Comes spoliatam recipere debuerit, ex eo factum est, quia nec in continenti parentelam probavit, nec publica fuit, ut dicebatur; vel etiam locum ea exceptio non habuit, si Uxor solum egit possessorio recuperandâ, ut dicemus in seqq.

1634. Sequitur. 2. concedendum esse, quòd, si unus conjugum certò scit, inter se, & alterum esse impedimentum, atq. ad eò matrimonium nullum, ipsum posse, imò debere, etiam sine judicio Ecclesie, se ab illo

illo separare quoad thorum, ut dicitur in *c. Inquisitioni. 44. de sent. excom.* non tamen, posse, *sine iudicio Ecclesie*, se ab illo separare quoad vinculum. Nam confortium thori inter conjuges, quorum saltem unus scit, nullum esse suum matrimonium; ei manifestè affert periculum proximum peccati; secus confortium vinculi. Nec obstat, quòd conjux innocens, altero in hæresim lapsus, non expectato Ecclesie iudicio, ab illo se quoad thorum separare possit, juxta *c. de illa. 6. h. t.* Nam hic urget periculum perversionis; quòd non est, licet notorium sit impedimentum. dirimens, si innocens recedat à thoro, ut observat Abbas in *c. cit. Not. 1.*

1656. Dices, ob notorium adulterium licet dimittere Uxorem sine iudicio Ecclesie; ergo ob notoriam consanguinitatem licet dimittere Uxorem sine iudicio Ecclesie. Respondet Corrasius *lib. 2. miscell. c. 2. N. conseq.* quia *res per eas causas dissolvitur, per quas nascitur. c. Omnes. 27. q. 2. L. nihil. 35. ff. de reg. jur.* At matrimonium, auctoritate Ecclesie est celebratum; ergo etiam ejus auctoritate est dissolvendum. Verùm hoc argumentum non probat intentum, ut patebit ex dicendis infra. Cæterùm sicut ad contrahendum, sic etiam ad dissolvendum meritò requiritur præsentia personæ Ecclesiasticæ, sed aliter ibi, nimirum tanquam testis Ecclesiasticus; aliter hic, ut *Judicis*, discrimen exigente ipsâ materiâ, quæ ibi est solùm contractus celebrandus; hic autem, propter litem de valore, *dissolvendus* in circumstantia Sacramenti.

1657. Alii negant ant. cum Gloss. in *c. Ex parte, de sponsal. V. Manifesta*, & in *c. 1. 32. q. 1. D. Thom. in 4. dist. 35. a. 3. Covarr. p. 2. de Matrim. c. 7. §. 5. num. 12.* quia tale divortium est pœna, quæ imponi non potest, nisi per Judicem. *c. Sine §. in hac. 32. q. 2. & in propria causa nemo sibi jus dicere debet. L. unic. C. Ne quis in sua causa*; sic Gonzalez in *cit. c. Porrò. num. 8.* Sed dato antecedente, saltem, quando nullâ tergiversatione adulterium celari potest. N. conseq. 1. quia pro consequenti est expressè constitutum contrarium in *c. Porrò*, ut liquet ex *num. 1653.* pro antecedenti autem est textus in *c. dixit Dominus. 32. qu. 1.* ubi dicitur: quòd à marito liberè dimit-

tatur adultera; quæ particula, ut testatur Barbof. *de dictionibus. V. Liberè. 10.* idem significat, ac *arbitrio suo*; & liberè fieri dicitur, quòd quis sine aliqua obligatione, sed suâ absolutâ voluntate, *alio non requisito*, facere potest, ut *not. num. 6.* Acedit, quòd argumentum à minori ad firmativè procedat ad affirmandum majus, cui locus non est; minus enim est, *posse liberè divertere à thoro, manente vinculo Sacramenti*, quàm *posse divertere sublato vinculo Sacramenti*, quòd saltem erat in factò. Solùm igitur ex antecedenti sequitur, quòd in casu notoria parentelæ, sicut potest in casu notorii adulterii, divertere quoad thorum, ut diximus in superioribus.

Cæterùm esto negetur, in nullo casu Virum à notoriè adultera posse divertere sine iudicio Ecclesie, cujus oppositum vult Gonzalez. *cit. supra num. 1657.* ejus tamen probatio non evincit, quòd intendit. Nam. 1. pœnæ legales non petunt Judicis sententiam, decretivam pœnæ, sed solùm declarationem criminis; cui satis fit, si spoliatæ restitutionem urgenti, opposita per maritum exceptio adulterii probetur, vel constet, notoriam esse. Nam *notorium probatione non indiget. c. Evidentia. de accusat. c. de Manifesta. 12. qu. 1.* ad alterum Resp. dato, quòd nemo possit esse Judex in causa propria; negatur tamen, quòd maritus ob notorium adulterium, sine iudicio Ecclesie, se ab illa thoro separans, agetet Judicem in propria causa. Nam in dato casu solùm uteretur jure suo, sibi lege concessio pro tali eventu, uti autem jure suo, non est, se facere Judicem.

Altera quæstio est, an, quando unus conjugum adversus alterum agit ad dissolutionem vinculi conjugalis, propter nullitatem matrimonii ex impedimento canonico, solus Ordinarius loci, in quo contraxerunt, possit hanc quæstionem cognoscere, ac terminare, quin Ordinarius originis, vel etiam domicilii, eo non requisiti, vel causam delegante, possit se intromittere? Affirmativam pro Ordinario loci ubi matrimonium contractum est, pronuntiabant aliquando plures in hoc casu: *Mulier ex origine diæcesis A. cum domicilium haberet alibi in diæcesi B. coram Paro-*

edo, & testibus; in hac diocesi B. nupsit viro, tam origine, quam domicilio diocesis A. post trimestre mulier certo comperit latens impedimentum sanguinis, & consequenter matrimonium esse nullum. Et quoniam, comperit à nullitate sui conjugii; cum viro deinceps vivere non poterat; & ex iustis causis, ut valde credibiliter dicebat, non amplius etiam volebat, quaestione proposita, coram quo ordinario causam suam agere, ut à conjugali vinculo debite solveretur, per nullitatis declarationem, deberet? à pluribus, qui coram erant, pronuntiatum fuit, debere illam agere duntaxat apud eum Ordinarium, sub quo contractus celebratus erat. Rationes affirmandi allatae sunt. 1. quia per contractum celebratum in aliquo loco, sortitur quis forum, quoad Judicem talis loci, si in iudicio super tali contractu inter partes litigetur. 2. quia, cuius est ligare, illius est solvere; at conjuges ligati sunt solum per ordinarium loci, in quo contraxerunt, quin alius se intromittere potuerit sine ipsius licentia in contrahendo, seu ligando; ergo per eum solum etiam possunt, ac debent solvi, quin alius se intromittere possit sine ipsius licentia in dissolvendo. 3. Cognitione causae circa valorem, vel nullitatem matrimonii spectat ad jurisdictionem Ordinarium, ubi contractus celebratus est; ergo etiam terminatio per sententiam de valore, vel nullitate.

1660. Alius autem, ut existimo, multò probabilius iudicabat, aetricem posse licite deferre suam causam ad diocesanaum A. cui ipsa origine; Reus autem, & origine, & domicilio subiectus erat, praesertim, cum certitudine morali constaret; Reum, esto citatum ab ordinario B. cui unice, ratione solius contractus in ejus diocesi, subdicius erat, non compariturum, iudicio consequenter facile eludibile, cum nihil omnino haberet in ea diocesi, atque adeo eundem ordinarium, posse dictam causam, jure suo, legitime cognoscere, ac terminare. Rationem dabat; quia quando Reus habet plures Judices, seu in pluribus locis forum, actor non cogitur deferre causam ad hunc determinatè Judicem; sed liberum ei est convenire Reum coram proprio ipsius Judice, coram quo maluerit, ad faciliorem rei

Tom. IV.

cognitionem, & causa expeditionem, praesertim, quando id fieret sine Rei evocatione à domicilio ad distantem Judicem; cum ergo Reus in dato casu haberet plures Judices, domicilii, originis, & contractus, etsi coram Judice domicilii, & originis, conveniretur, facilius rei cognitio, & causa expeditio esset, quin à domicilio suo Reus evocaretur ad distantem Judicem loci contractus, ergo aetrix liberè poterat convenire Reum coram Judice A. nimirum domicilii, & originis, quin hanc causam cogere deferre ad Judicem contractus. Ant. procedit, quando illi Judices aliunde capaces sunt cognoscere, & terminare ejusmodi causas, & causa non est specialiter reservata certo Judici, ut est causa feudi, quae est cognoscenda à Domino feudi, juxta c. 6. & 7. de foro compet. & sub hoc sensu acceptum probatur. 1. quia causa matrimonii ex hoc, quòd illud in tali diocesi celebratum sit, nullibi reservatur ordinario loci; ut patebit ex responsione ad fundamenta contraria. Secundò quando debitor, seu Reus jure communi, (non jure speciali) habet duos Judices, potest Creditor, seu Actor eum convenire ex his, coram quo maluerit, ad prosequendam actionem, licet originem ducat ex contractu. c. dilecti. 17. de foro compet. ibi: & possunt conveniri alibi, ubi habent domicilium, juncta Glossa V. Ubi domicilium ibi: sic est in electione Creditoris, ubi malit ipsum convenire; ita Covarr. lib. 1. Variar. c. 18. num. 6. Tertiò quia etsi Reus, sive debitor respondere debeat in loco contractus, si ibi inveniatur: potest tamen actor illum convenire in loco contractus, vel domicilii, ubi maluerit; sic Abbas in c. se diligenti. 12. de foro compet. quem citat & sequitur Pirhing. eod. num. 37. Not. 2. qui in sequentibus addit, si Reus in loco contractus non reperitur, sed discessit, non posse compelli ad personaliter comparandum, si invitus sit: consequentia etiam constat. Nam Reus in dato casu habuit plures Judices jure communi, ut ponit casus; nec fuit in loco contractus, nec ulla bona in toto eo territorio habuit; & quantumvis citatus, nec per se, nec per alium comparuisset in loco contractus, ut erat notorium; & ordinarius A. erat ejus Judex simpliciter competens; & materia, super qua conveniendus erat Reus, nullo

Ggg

jure

jure reservatur soli Ordinario contractus; Ergo.

1661. Ad primam rationem in contrarium Resp. verum esse, quod quis fortiatu forum ratione contractus, ut super hoc *conveniri possit* coram Judice, ubi factus est contractus, ut habetur *c. fin. de foro compet. & c. 1. §. contrahentes eod. in 6. non autem, quod ibi conveniri debeat*, sic, ut coram alio Judice non possit, esto ei ceteroquin simpliciter subditus sit, ut constat ex jure contrario; præsertim, si nec sit, nec haberi possit in territorio Judicis, ubi factus est contractus. Ad secundam Resp. illud dictum, *cujus est ligare, illius etiam est solvere*, sic *indefinitè* prolatum, omnino falsum esse; & habere multas solutiones. I. quia, cum non ordinarius, vel Parochus assistens, sed ipsi contrahentes se ligent contrahendo matrimonium, potius sequeretur, quod ipsi se, non Ordinarius, deberent solvere. Secundò Ordinarius, vel Parochus assistens matrimonio, *non ligat, sed tantum testem agit*. Certum autem est, quod non spectet ad eum dissolvere contractum, qui ei adest solum *testificativè*: nam *authoritative* (saltem negativè, removendo impedimentum ceteroquin dirimens) ligat solum is, qui dispensat potestate ordinariâ, vel delegatâ; quod in præsentî casu locum non habet; tum quia dispensatio (nisi fortè purè asserta, non tamen vera) nunquam intervenit per Ordinarium in loco contractus, aut ejus delegatum, ut in dicto casu competentum erat; tum quia dispensatio viâ commissionis (si quæ conceditur) semper fit *Ordinario originis Sponse*, nisi aliud oratores expressè in supplicatione petant, ut dicemus in seqq. at in hoc casu nihil horum factum est; & si factum esset, petitio (ut exploratum fuit) non continebat, ut determinatè Ordinario domicilii Sponsæ potestas dispensandi committeretur; Ergo.

1662. Ad tertiam jam dictum est, omnino ad ordinarium loci, ubi contractus factus est, pertinere cognitionem causæ de nullitate matrimonii, *quando coram illo Reus convenitur*; quin propterea necessarium sit, Reum coram ipso, & nullo alio, si plures Judices jure communi habet, con-

veniri; præsertim, si in loco contractus Reus nec sit, nec etiam compareat; sed in loco originis, & domicilii constanter maneat, distante à loco contractus, & alterius jurisdictioni subiecto. Nec obstat *c. Postulasti. 14. de foro compet. ubi* quæsitum fuit, à quo debeat ferri *sententia privationis beneficii* in casu, quo clericus habens beneficium in diocesi A. ubi residet, & delinquens in diocesi B. ubi res sui patrimonii habet, si delictum dignum est privatione beneficii? Nam licet ad hoc Innocentius III. responderit, *sententiam privationis pronuntiandam ab Episcopo loci, ubi deliquit*; executionem autem faciendam ab Episcopo, in cuius diocesi beneficium habet; ex hoc tamen non sequitur, quod non poterit conveniri coram Episcopo beneficii. Nam hoc non reperitur in textu; unde solum procedit in casu, quo Reus præsens est in loco delicti, & in eodem convenitur. Tum enim Judex pronuntians de delicto, privatione beneficii de jure digno, consequenter pronuntiat, privandum.

Et not. in hoc casu quætionem specialiter remissam ad ordinarium loci, ubi delictum est commissum; quia dubitabatur, *an Episcopus domicilii, ubi delictum depositione dignum admissum est, licet esset Judex in causa delicti, & pronuntiare possit de delicto, possit etiam pronuntiare super privatione beneficii seu rei (quam delictum merebatur) extra suam diocesim sit?* & ad hoc respondisse Pontificem, resolvendo dubium: at ex hoc non sequitur, in hoc casu decisum esse, quod coram alio Judice simpliciter competente, conveniri non poterit; ergo. Hinc rectè Julius Clarus *§. fin. q. 39. num. 1. & alii, quos citat, & sequitur Gonzalez in c. Postulasti. 14. de foro compet. num. 6. ait* delinquentem in aliquo loco, si in pluribus forum habeat, posse in quolibet conveniri, præferri tamen Judicem delicti, tum ob facultatem probationis; tum etiam, ut in eodem loco aliis, quibus Scandalo fuit, punitione in cautela fiat.

1664. Ex dictis colliges 1. conjugem certum de nullitate sui matrimonii, nec petere, nec reddere posse debitum; sic enim accederet ad *non suum*, & committeret peccatum fornicationis, nullo casu permittitur. Clement. *Ad nostram*. 3. junct. Gl. *V. non est, de Hæreticis*. Et quoniam fornicatio à Paulo *ad Galat. 5.* numeratur inter opera, quæ à regno DEI excludunt, & DEI voluntate fugienda sunt, ut dicitur *ad Thessalonic. 4.* nec Ecclesiæ præcepto etiam per censuram compellentis, ut conjux thoro alteri cohabitaret, si ipsi taliter compulsio certa sit nullitas matrimonii, licita fieri potest; *debet enim potius excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quàm per carnale commercium, peccatum operari mortale*, ut dicitur *c. Literas. 13. de Restit. Spoliat. & c. Inquisition. 47. de sent. excommun.*

1665. Dices: si Pontifex mulierem, licet certam de nullitate sui matrimonii, compellat viro conjugaliter cohabitare, saltem licitè ager in casu, quo nullitas matrimonii est juris solum humani. Nam eo casu, urgente præcepto Judicis Ecclesiastici, evadet licita, & honesta redditio debiti, ut voluit Henriquez *lib. 12. hic. c. 3. num. 2.* Resp. negando etiam in hoc casu licitam fieri redditionem debiti. Nam, in *cit. c. Literas*, expressè dicitur, *mulierem quantumvis per excommunicationem compulsam, ut viro se in conjugalithoro reddat, non debere obedire, si sciat matrimonium suum esse nullum, seu nulliter contractum, præsertim in gradibus divinâ lege prohibitis; ubi particula, præsertim, cadit super omnes gradus, in quibus matrimonium prohibitum est, majori tamen ratione, si lege divinâ, ut constat ex usu particule præsertim, de qua num. 1531*

1666. Colliges. 2. in casu, quo Uxor à viro rejecta, vel econtra, agit possessorio ad restitutionem, quando certum est, ipsam prius fuisse in possessione juris, quo spoliata est, & Vir opponit exceptionem consanguinitatis inter se, & ipsam, virum ei esse restituendum, sed non *plene*, nimirum quoad *tectum*, & *lectum*, esto vir paratam exhibeat probationem parentelæ, seu consanguinitatis, quæ spatio paucorum dierum terminari pos-

Tom. IV.

sit, ne conjuges exponantur periculo incestus, quod non imminet ex restitutione quoad solum *tectum*: si autem non habeat probationes paratas, sed longa processus dilatio opus est, spoliata plenè restitui debet. Nam saltem in hoc casu obtinet dispositio juris *spoliato ante omnia faciendam esse restitutionem. C. Causam. 16. de offic. deleg. & c. Ex conquestione 10. de Restit. Spoliat.*

Dices: *c. 1. de ord. cognit.* dicitur, quòd, antequam vir ad Uxorispoliatæ receptionem compellatur, præmitti, ac discuti debeat quæstio exceptionis oppositæ super consanguinitate; quia hæc est exceptio præjudicialis, & peremptoria. Ante responsum not. 1. quòd in hoc casu mulier non agebat *possessorio* recuperandæ, ut sibi restitueretur vir, cum quo ante in possessione matrimonii fuisset, sed solum *petitorio*, nimirum, ut sibi talis vir, *tantum maritus legitimus*, adjudicaretur, & ipse eam tanquam legitimam Uxorem reciperet, esto nunquam adhuc in ejus domum recepta fuisset; patet ex illis verbis: *cum quædam mulier peteret quandam in virum.*

Not. 2. cum agitur possessorio ad restitutionem in causa matrimoniali, non admitti exceptionem consanguinitatis; sed procedi in casu principali; quia in eo judicio non agitur principaliter de valore matrimonii, sed supponitur, quando ejus possessio antecedens constat, ut habetur in *c. Ex conquestione 10. & c. Literas 13. de restit. spoliat.* quando autem agitur petitorio in causa matrimoniali, & actori opponitur exceptio consanguinitatis, ea non tantum admittitur, sed etiam prius cognoscenda est, quam causa principalis; nam eâ probatâ hæc perimitur; si enim constat de impedimento dirimente, nequit amplius dubitari, quòd is, quem mulier sibi adjudicari petit tanquam suum maritum legitimum, ei restitui non debeat, nec possit, & hoc habetur *c. 1. de Ord. cognit. hinc*

Ad object. in *num. 1667.* Resp. cum distinctione: antequam Vir compellatur ad restitutionem spoliatæ, præmitti, ac discuti debet quæstio exceptionis oppositæ super consanguinitate, *si agatur iudicio petitorio C. si solum possessorio. N. quantum*

Ggg 2

do au

do autem diximus, spoliato ante omnia faciendam esse restitutionem, loquimur de spoliato, agente iudicio possessorio recuperandæ.

ARTICULUS IX.

De Matrimonii redintegratione.

1670. Cum contingat, matrimonium quandoque solum factum, non iure validum, aut invalidum esse, & conjuges cognitâ validitate, vel invaliditate solius facti, cupiant redintegrari matrimonium, vel ablati impedimento, propter quod iure validum non erat; vel restauratione cognitâ falsitate causæ, propter quam dissolutum erat: ideo in præsens de utroq; breviter dicemus. Cum autem in hac materia pleraq; jam dixerimus in præmissis: reliqua paucis subjungemus. Igitur potissima quæstio est, an, si matrimonium per sententiam Iudicis, quoad conjugale vinculum sit dissolutum, sed nulliter propter impedimenti falsas probationes, pro ut contingere potest, & maxime in casu matrimonii propter existimatam unius impotentiam, contingit, cognito errore restaurari possit, & debeat, præsertim, si primò post longum tempus error innotescat? communis doctrina est, *sententiam semel latam transire in rem judicatam* (hoc est, in eum statum, in quo controversia pronuntiatione Iudicis finem accipit. *L. 1. & 3. ff. de re judicata.*) 1. quando litigantes ei expressè acquieverunt: *L. Ab eo C. quomodo aut quando.* 2. quando ab ea, intra decennium non appellarunt. *c. quod ad consultationem. 15. de sent. & re judicat.* & auth. *Hodie, de Appellat.* Hujus ratio sumitur ex eo, quòd condemnatus (intra illud tempus, cum posset, non provocans ad superiorem) juri suo renunciâsse, ac tacite in sententiam consensisse præsumatur præsumptione juris de jure, ut postea non admittatur probatio in contrarium, etiam per instrumenta de novo reperta. ut dicitur *c. quod ad consultationem. 15. c. Suborta. 21. de sent. & re judicat.* Nam res judicata, juris dispositione (quoad effectus iuris) habetur pro veritate. *L. 207. ff. de Reg. jur.* intellige in casibus solum expressis; & hoc ad minuendas lites, ut notat Gonzalez in *c. Lator.* his præmissis:

Dubium est, an etiam sententia lata in causa matrimoniali (quâ conjugale vinculum, declaratione nullitatis, dissolvitur) eodem modo, sicut in aliis, transeat in rem judicatam, ut, etiam errore comperto, retractari amplius nec debeat, nec possit? Resp. negativè ex *cit. c. Lator.* ubi expressè mandat Pontifex, *ut, si conslet, conjuges per iudicium Ecclesie non fuisse legitime separatos, Ecclesiamque deceptam, iudices faciant eos, sicut virum, & uxorem insimul permanere.* Idem habetur in *c. Consanguinei. 11. c. Tenor. 10. eod.* & *c. Fraternitatis, de Frigid.*

Not. autem, quando dicitur, *sententiam latam in causa conjugali*, quando intra tempus debitum non fuit appellatum, non transire in rem judicatam, intelligi, quin per viam querelæ possit contra eam allegari; transire tamen sic in rem judicatam, ut per viam appellationis non possit corrigi; ita Sanchez *lib. 7. D. 100. num. 3.* ratio sumitur ex Gloss. in *cit. c. Fraternitatis. V. fornicatio*, ubi dicitur, triplicem tantum sententiam esse ferendam; nec tertio appellare licere; ex quo sequitur, sententiam bis confirmatam transire in rem judicatam, non quoad querelam, sed solum quoad appellationem; sic Abbas *ibid. num. 21. & alii.* Ex hoc sequitur, quòd sententia, quæ per errorem decidit, matrimonium aliquod esse validum, quod in re non est; vel invalidum, quod in re tenet, ex hoc, quòd bis confirmata sit, aut contra illam non fuerit appellatum, condemnati censentur consentire, nunquam ita transeat in rem judicatam, ut illud rescindi, istud redintegrari non debeat; quia manifestè foveret peccatum, separando veros conjuges, vel uniendo eos, qui tales esse non possunt.

Not. 2. quando dicimus, *sententiam latam, in causa matrimoniali, non transire in rem judicatam*, debere intelligi, in quantum est de conjugio, definiendo illud validum, vel invalidum. Nam quoad hoc ex eo solum receditur à jure communi; quia foveret peccatum, si separaret vinculo veros conjuges, vel non conjuges simul esse cogeret; ergo ubi hæc ratio non militat, res manet sub dispositione juris communis, quòd sententia lata transeat in

in rem iudicatam juxta dicta num. 1670. Ex hoc colliges, quando quis, succumbens in causa matrimoniali, condemnatus est ad expensas, sententiam de his omnino transire in rem iudicatam, si ab ea non fuit appellatum; quia non est sententia, quæ tangit ipsum conjugium; sic Felinus in cit. e Lator. n. 10.

Colliges. 2. juxta Goffredum e. fin. de clandest. despons. sententiam in causa conjugii latam contra tertium, qui impedimentum opposuit, transire in rem iudicatam contra ipsum, & quemvis alium (qui non est unus conjugum) ut non amplius audiatur opponens hoc impedimentum, si intra tempus debitum non fuit appellatum. Verum, sic fieri posset, quod sustineretur peccatum, quod simul essent, qui non forent veri conjuges. Et ideo hoc corollarium non est admittendum, ex dict. ita Felinus cit. n. 11. Hostiens. in cit. v. Consanguinei n. 3. &c.

Colliges. 3. quando dicimus, sententiam latam in causa matrimonii, non transire in rem iudicatam, licet ab ea non fuerit appellatum, quando fovet peccatum, debere accipi cum hac limitatione, ut procedat, quando culpa cessare non potest, etiam utriusque partis consensu; non autem secus.

1674. Casus esse potest, si quis conjugum agat ad dissolvendum matrimonium, quod contraxerit metu, vel sub conditione non subsistente, vel cum ignorantia servitutis, & succumbens in causa, per contrarias probationes Ecclesiæ decepta, condemnatur, ut tanquam conjunx cum altero permaneat; in hoc enim casu, etsi cum altero vivere non possit conjugaliter, si revera matrimonium nullum est; quia tamen remittendo conditionem, vel etiam sciens servitutem, aut sine metu per consensum facere potest, ne illi convivendo copulam admittat, si non appellet intra tempus debitum, sententia transibit in rem iudicatam, quia sic non fovet peccatum, & non appellando potest sibi præjudicare. Unde notandum, sententiam latam contra Sponsalia de futuro, quæ propter impedimentum dissolvuntur, si ab ea non sit appellatum, transire in rem iudicatam; quia sine peccato servari potest, & Sponsi non appellando, poterunt sibi præjudi-

care. Secus tamen videtur, si, per sententiam ex errore latam, compellerentur contrahere, quando in re adesset impedimentum ipsorum voluntate non auferibile, ut constat ex dictis. his præmissis:

Ad questionem initio propositam 1675. Resp. si matrimonium per sententiam, ex errore, ac falso fundamento nixam, dissolutum est quoad conjugale vinculum, errore cognito matrimonium illud omnino posse, ac debere redintegrari, etiam si ea sententia sæpius confirmata fuisset, & quantumcunque tempus elapsum; quia tunc sine peccato non posset observari; nam veros conjuges velle esse separatos, peccatum est, veritate cognita, præsertim data venia alterius conjugii, aut jam contracto in eo vivere.

Quæstio nunc est 1. an sententia, ex errore lata contra matrimonium quoad divortium, seu solam thori separationem, si ab ea non fuit appellatum, transeat in rem iudicatam? Ante responsionem not. sententiam divortii solius thori, in quantum est in odium nocentis, omnino transire in rem iudicatam; non autem quantum est in favorem innocentis; sic enim non fovet peccatum; & nocens, sibi, non appellando, præjudicare potuit. Ei autem, in cujus favorem decernitur, detrimentum non affert; quod tamen fieret, si etiam, quoad innocentem, transiret in rem iudicatam.

Quæstio est 2. quid dicendum, quando comperitur, Ecclesiam in ferenda sententia fuisse deceptam? Resp. in tali casu, re adhuc integrâ (nimirum, quando neuter mutavit statum) omnino retractandam esse sententiam, si vel ambo innocentes, vel ambo nocentes fuerunt, atque adeo in re divortio locus non erat. Nam sciens, sententiam in sui favorem latam ex falsa præsumptione, non potest se tueri favore sententiæ, quam falsam novit; sic Paludanus 4. dist. 35. qu. 2. a. 2. num. 18. & ratio est, quia quoad innocentem non transiret in rem iudicatam, ut constat ex superiori; si autem quilibet ante sententiam erat nocens, par est utriusque causa. Dixi re adhuc integrâ. Nam si innocens mutavit statum, & in religione professus est, vel simplex votum castitatis emisit, aut sacros ordines suscepit, tenebitur quidem ad ea,

ad ea, in quibus sibi præjudicavit; non autem ad ea, quæ sunt in præjudicium alterius, qui innocenter, consequenter ex solo errore, repulsus est. Huic enim, errore cognito, divortii sententiã retractatã, restituendus erit, non obstante illã statũs mutatione, & volenti debitum reddere debet, ut in simili colligitur ex *c. Placet, de Convers. conjugat.* Si autem ambo mutarunt statum de mutuo consensu, non fit restitutio, etiam cognito errore de nullitate sententiæ; quicquid juri, quod habebant in hunc eventum, saltem tacite, renuntiãrunt. Alia quæstio est, si unus eorum mutavit statum, infcio altero, quod crederet sententiã omnino justã, secũs non mutaturus. Tali casu professionem non esse validã censet Rosella *V. divortium num. 7.* sed contrarium tenet Sanchez *lib. 10. hic. D. 9. num. 23.* quia causa (quod sententiã divortii credatur justã) licet falsa sit, non est causa finalis; sed tantũ impulsiva; hoc tamen sic accipe, quando non est in præjudicium alterius. In priori autem casu, quo præsumuntur cessisse juri suo, si constaret de falsitate præsumptionis, oppositum dicendum foret.

§. Unicus.

Qualiter procedendum sit agenti ad rescindendam divortii sententiã nulliter latam?

¶ 678. Not. 1. in iis casibus, ubi sententiã lata non transit in rem judicatã, licet non sit appellatum intra tempus aliãs jure præfinitum, agi posse de injustitiã sententiæ, tam quoad merita causæ, quã ipsũ processũ judicariũ non observatum, ex forma, qua debebat, teste Abbate in *cit. c. Lator. num. 5.* Deinde, Judicem, etiam parte invitã, ex officio procedere posse, & debere, ubi de errore ipsi constiterit, ad sententiã ex errore latã, retractandã, ut colligitur ex *c. Porro, de divor.* ibi: *Tui officii est, matrimonia illa, adhibita gravitate, dissolvere, que illicitè contracta noscuntur.* Cæterũ, quamdiu injustitiã non probatur, pro justitiã sententiæ præsumendum est; sic Innocent. in *c. Bona. elige 2. de Elect. num. 8.*

Not. 2. quando quis agere vult ad rescindendam sententiã in causa matrimonii latã, eum debere querelã suã proponere apud eum Judicem, qui tulit sententiã, contra quam agit; nisi adire velit ipsũ Papã, vel legatũ; ratio est, quia, cũ ei non concedatur agere *viã appellationis*, ut dictũ est *num. 1672.* sed solum querelã; apud eum deponenda est, qui adiri potest per simplicem querelã; sic Abbas in *c. ad revocandum, de offic. Ord. num. 6. & cit. Lator. num. 10.*

Et quoniam Archiepiscopus, extra causã appellationis, non est Judex causarum, quæ inter subditos suorum suffraganeorum sunt, ut dicitur in *c. 1. de offic. Legat. & c. Pastoralis, de offic. ord. c. Venabilibus, de sent. excom. in 6.* cũ in hoc casu, solum *viã querelæ*, non appellationis procedi possit, ex *num. cit.* non poterit, contra sententiã ab Episcopo latã, Archiepiscopum adire.

Ex hoc colliges, sententiã in causa matrimoniali latã, esto non transactã in rem judicatã, quoad veritatem; transire tamen quoad instantiam, ut nimirum querelã contra illã non possit apud aliũ (imò nec eundem, sine restitutione ut dicemus infra) proponi. Nam in *c. Ex Literis, de in integr. restit.* dicitur: *Et ad audientiam restituimus eum, pro matrimonio postulantem*, rectè notatur non restitui ad sententiã (ad hoc enim non indigebat restitutione, cũ non transivisset in rem judicatã) sed tantũ ad audientiam, seu instantiam. Hinc colliges. 2. in dato casu condemnatum per sententiã, & deponentem querelã, adversus sententiã condemnationis, novo Libello debere petere, ut causa conjugalis, jam semel definita, deducatur ad judicium, & ratione erroris detecti, sententiã prius lata revocetur.

Si quæras, quomodo Reus condemnatus, per sententiã, quæ, in quantum est in ipsius odium, transactã appellationis termino, transivit in rem judicatã, ut notavimus *num. 1676.* procedere possit, si contra sententiã probare velit suã innocentiam, vel etiam alterum parisi delicti Reum? Anterestitutio- nem not. quibuscunq; Majoribus conce- di be-

di beneficium restitutionis, ut retractetur sententia, quæ in rem iudicatam transiit, ut docet Greg. Lopez lib. 19. v. contra Rey t. 22. p. 3. & alii cum Sanchez lib. 10. hic D. 9. num. 7. Si petatur ex clausula generali: *si qua mihi iusta causa subest*, cuius meminit Jurisconsult. L. 1. §. fin. ff. Ex quibus causis Majores; quod verum est, licet fuerint etiam tres sententia, quæ in rem iudicatam transiverunt, ut notat Gatica, de Nobilit. Gloss. 9. §. 2. num. 5. sive Reus, sive Actor eam restitutionem sub tali clausula quærat, ut tenet idem à n. 11.

1682. Not. 3. eam restitutionem concedi non tantum in casu, quo allegantur instrumenta, prius ignorata, ut tenet communis, teste Sanchez cit. sed etiam, quando denuò probatur veritas per instrumenta, vel testes, aut sententiæ latæ falsitas ex falsitate priorum instrumentorum, vel testium. Nam etsi eâ restitutione opus non foret, si constaret de falsitate sententiæ pro divortio latæ (tunc enim condemnatus sine beneficio restitutionis reclamare posset; quia, cum sit innocens, sententia contra illum non transiit in rem iudicatam per num. 1677. vel etiam Judex ex officio posset eam rescindere ex num. 1678.) quia tamen, si non constet, pro iustitia sententiæ præsumitur, condemnatus non audietur, nisi ex dicta clausula restitutionem petat, & falsitatem sententiæ probet, vel directè ostensâ innocentia suâ; vel indirectè ostendendo probationes, ex quibus processit sententia, vitiosas esse, ac fuisse.

Ad extremum quæres; an rescissâ sententiâ divortii, & facta reconciliatione matrimonii, dos prius, ratione divortii amissa, restituenda sit eâ spoliato? Resp. affirmativè (secluso alio pacto in reconciliatione) cum enim ea sententiæ rescissio non fiat, nisi constet de innocentia condemnati, per carentiam criminis nunquam admissi; vel si admissum est, pari alterius delicto compensari, consequenter quoad effectum inducendi divortium, & jacturam ante sententiam aboliti; constat etiam, sicut non est culpa, sic non esse locum poenæ; atque adeo, sublata poenâ divortii, pariter tollendam esse poenam dotis amissæ.

Ex dictis colliges, quando de Luca. 1684. L. 14. p. 2. de Matrim. discursu 12. ex L. Qui universos. §. Item Pretor ff. de acquir. possess. dicit, quando sententia divortii transiit in rem iudicatam, etsi conjuges, ob inimicitias separati, reconciliati sunt, ac unus ad alterius restitutionem agit, actioni non esse locum; cum actor careat possessione utpote sublata per rem iudicatam, & executionem: doctrinam esse limitandam, ut non procedat, si actionem intentet, ex num. 1676. nec etiam, si Reus ex obtentâ restitutione per generalem clausulam agat ad rescindendam divortii sententiam propter errorem, quo Ecclesia decepta est, ut constat à n. 1681.



QUÆ.